

2228

35.

MARC.

Sebe licent

Ant. Saw.

*de vita verbi
Veritate*

Solini

Phalaris

Agr. e?

o

Georg. o;

Hisc.

I

64

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GEDOS, USALES

2

17

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GRADOS USALES

no 64



no 64

2 - 72 - 8 - 7

~~Ann. 72. cap. 6. num. 35.~~



112



Faint, mostly illegible text in a medieval script, likely Latin, covering the right page of the manuscript.

**M. Antonius Sabelicus Hieronymo Donato uiro omnibus
disciplinis ornatissimo salutem**

Verebam nuper Hieronymum uirum omni litterarum genere
praestantissime cui tandem: tris hos breuios libros
quos de uenetæ urbis situ & uetustate superiore anac
curratissime conscripsi: potissimum legendos tradere. nec quum
omnia circūspicerem: occurrebat mihi te uno dignior quisquā
uel quia meas aliquid nugae esse: ut lepidissimi poetae utar uer
bis putare sis solitus: uel quod non multo post publicæ legatio
nis nomine te a patriæ & tuorum conspectu longissime abfutu
rum intelligebam: nullaque ob id lectio tibi suauior futura uide
tur: quæ ea quæ urbis huius quæ te genuit in qua maiores tui omnia
sunt cum dignitate consecuti: cui mentem omnem: curam: stu
dium: consilia dedicasti: tuis posset oculis uel quum longissime
abesses imaginem repræsentare: & n. quæ figurationis ratio tibi
hac una aut utilior aut gratior hoc tempore proponi possit non
facile reperio nec uideo quæ perdocta artificis manus non si eu
phranor ille adsit qui amorem iudicium: & ultionem: in uno pa
ride expressit) plura in hoc genere quæ stilus queat explicare: præ
stitit ille quæ dixi fuitque me hercule non parum quod non unus
affectus in uno sentiretur: abditissimas tamen templorum aras:
aureas testudines pauimenta & alia quæ testis & parietibus con
tinentur: nudare nunquam potuisset: Addo cœli naturam: ciuitatis
mores: cōmercia: sermonem: quæ tam multa non magis opifex
ullus coloribus & penicillo expresserit quæ iis quæ effingenda
sunt animam (quod fieri non potest) aut mentem adiicere: at nos
hæc omnia ni fallor consecuti sumus. Speroque ita futurum ut
quotiens hæc nostra legeris media patria mediis necessitudini
bus quibus post uirtutem nihil esse potest sapienti uiro charius

tibi constitutus uideare. Superest igitur ut quædiu domo abfue
ris ad leuandum eorum quæ tibi charissima sunt desiderium hæc
nostra intuearis. Erunt fortasse & alii qui in hunc usum hos no
stros libros suarum peregrinationum comites habere non recusa
bunt: sed ego omnia quæ uolui mihi consecutus uidebor
bi uiro sumo qui soles omnia graui iudicio expendere non displi
cuero. Satis enim placuisse arbitror si quicquid hoc est quod
tuo nomine primum in lucem exiit cognoscere non dedignabe
ris. Vale.

q
Votiens mecum cogito repetoq; aio diuer-
rum gentiũ statũ uel earum i primis quæ rerũ
quandoq; potitæ sunt. Solet præter cætera il-
lud nobis cõstare: populorũ omniũ qui sunt
hodie in terris quicq; olim fuere: eos semper &
nois celebritate & opibus longe præcelluisse quibus urbes & ad
pacis ocia & ad belli usum quã opportunissimas habere cõtigif-
set: poterãq; ego id ipsum non unius ciuitatis exemplo demon-
strare. nisi uetus apollinis oraculũ notũ eēt: quo calcedonis cõ-
ditores cõstat cæcos ob id iudicatos: quia parũ considerate urbẽ
posuissent: tanti delphicũ oraculũ referre censuit: quo potissi-
mũ loco noua statuerentur moenia. Fuerũt ad hæc ex nobilissi-
mis scriptoribus quidã qui affirmare sunt ausi: ne romanos q-
dẽ tam facile sibi imperiũ quæsituros fuisset: si urbẽ a suis maio-
ribus q̃ alio sita erat solo accepissent. Quãq; hoc ipsũ nõ magis
de romanis ipsis qui uirtute armorũ oibus gentibus lõge præsti-
tere. quã de poenis a theniensibus: & aliis qui late terra mariq;
olĩ iperũ tenuerãt: dictũ uideri põt: mittã reliquos de his loquar
an dubiũ cuiquã uideri põt strenuitate gētis fortuna ue: an mu-
nitissimo potius urbis situ: illud euenerit quod carthaginenses
traditis romano populo armis traditis liberis sine præsidio ulso
sine auxiliis tertiũ bellũ punicũ tam diu distulere: aut antiquif-
simos poetas tã ociose & inepte nugatos dixerimus ut nõ aliqd
uiderint quũ ob athenas Palladẽ & Neptunnũ in apertũ com-
misere certamẽ: iudicarunt quis nõ uidet: uiri illi sapiētissimi
nihil nouis urbibus cõmodius: salubrius auspicius posse con-
tingere q̃ si eo ab initio cõditæ essent loco: pro quo tanq; pro per

petuo quodã mansuroq; templo ne dii quidẽ ipsi certare recu-
sasset quod quũ ita sit: constetq; inter oēs ob id ipsum pleros-
q; populos phama & opibus maxime claruisse: Venetæ quidem
urbis stupendus magis q̃ admirandus situs: non solũ fastigium
hoc rerum ad quod uentũ est: primis illis cõditoribus ab initio
pollicitus uideri potest: sed posteris etiam stabile: perpetuum: &
mansurum imperium: Ne igitur res sane memorãda & ad quã
cognoscendã summi interdum principes ab extremis terrarum
oris uelut in rem presentẽ: peregre profecti sunt: non omnibus
nota esset. de ea breuiter scribere constitui: confisus ita fore: ut
quum in auditam alioquin loci sedem edificiorum præstantiã.
diuitem cultum. quũ deniq; uetusta & recentia oia explicauero.
ii qui Venetam urbem quandoq; uiderint: inciderintq; forte in
hanc lectionem: uno sint ore affirmaturi me non solum urbis
huius situm descripsisse: sed uelut in tabula quadam simillimã
illius expressisse imaginem: quibus uero ad id tẽpus rem tãtam
uidere non contingit: & ipsi aperte fateantur: hanc unam Urbẽ
præ cæteris quæ hodie sunt maxime spectari dignã: ac uere talẽ
cui neq; situs nouitate: neq; magnifico uerem apparatu alia in to-
to orbe ulla cõparari possit: Et quia sitis superq; euagati sumus
iam h in cde re dicere incipiam.

NARRATIO

a
Lluitur itaq; urbs ipsa ad quam ultro describendam ueni-
mus: non ut plaræq; aliæ suis partibus marino fluctu: sed
ipsa tota mediis est aquis sita: in qua præter ædificia nihil facile
reperias: quod nõ idẽ sit & mare: idcirco tota nauibus cõmodi-
us q̃ pedibus peragatur: q̃q; ne hoc ipsum quidẽ dare: nisi põ-
tibus iungerent riuus quibus nõ solũ insulæ: sed tecta quoq; pene
singula iter se sunt discreta: Affert & illud miraculũ primo spe-

eser uij de Se em a iij

Etānibus: cū pelago sub Urbanae aquae agunt: singulis seuis ho-
ris uariat locorū facies ut hic ubi nuper alti nauigabant fluctus
paulo post uada fiāt: mox uero quicquid ubique uadum fuit subita
uideas in nudatione optū: quae perpetua alternantis aestus uariatio nō
patit in tāta ceni altitudine pnciosum aliqd cōcrescere: nā quā
ta sit ipsius coeli tēperies uel ex eo pōt itelligi quod cæteris pari-
bus multo plures in hac una: q̄ in reliqs terrae italiae: Ciuitatibus
fenes reperiunt: atq; illi ipsi pleniore corporis habitu: minusq; of-
fensa ualitudine: nec auster italiae parū alioquin saluber multū
urbi ipsi formidabilis: Quippe q̄ in tāta maris uastitate fractus
quāta illi a libya ad adriā euoluēda est: minus uiolētus applicat:
aut certe quo magis alpinis frigoribus propinquat eo minus mi-
nusq; illorū occurſu ut antea tepescit: quo fit ut praeter uastissi-
mos fluctus nō sine in undatione in uenetū littus deiectos: nihil
ultra ciuitati hētur ifestus: sed nos nō ad hāc scribēda uenimus:
ad institutū opus redeo: siq; eminētiore loco tāq; ex specula q̄dā
subiectā urbē diligēter cōsideret: illius facerē magis q̄dē rotun-
dā iudicet: q̄ alterius figurae oportet: si iudaicā isulā ad meridiē
urbi applicet: quae in theatri speciē lunata ad duo stadia illi ex ad-
uerso respōdet: sed illud aedificiorū efficit altitudo: quae aquarū
cōspectū hoc se loco aut illo ifinuatiū procul aufert spectantibus
nec sic quoq; ita absolutā intelligi uolo formā ut nulla prorsus
uspiā promineat iaequalitas quū sane & ad oliuolēsem aedē quae
aestiuū solis ortū spectat: & ad ex tremū canaregiū inter septen-
trionē & solstitialē occasum ac rursus & ad Marthe phanū q̄d
ad hibernū solē occidentē uergit tāq; in tris angulos paululū pro-
minētiore ex currāt aedificia: sed illa ipsa lōgis inter se spatii distā-
tia: atq; tectorū iteruētū oī ferme obliq̄tate castigata circularē fi-
gurā magis q̄ ullā aliā p̄scribūt: domorū ad hāc frequētia & al-
titudo igēs oēm pene urbanarū agrū auferūt prospectū quo fit

ut q̄ sup̄ne (ex specula aliq̄ eminētiore) urbē cōtēplet: turrītā tel-
luris imaginē medio oceāo figuratā se putet ispicer: nauigāt aq̄
ipse suburbāe nō miōri nauigiorū frequētia q̄ altū maī: sed a lo-
corū pitis lēbisq; aut aliis leuioribus nauigiis: quo patet urbē tu-
tiore oīno loco sitā: q̄ si alto allueret pelago: ad usū iḡ rerū uici-
narū & ad piscationes fluctus moenibus circūiecti frequētant q̄p
pe q̄ & si nō sint tamē uastissimi cuiusdā stagni habēt speciē:
obiectu nāq; littorū neq; tā facile ut in alto agitant fluctus: neq;
ubi moti sunt tā atrociter sauiūt: quāquā nō eo ificias in his quo-
q; locis subitis deprēſos procellis: nō nūquā piclitari solitos: q̄d
oīno raro accidit: sed ut ad eorū q̄ in urbe sunt enarrationē quādo
q; redeā: primū oīū nū ignorare oportet: urbē de qua hāc scribe-
re orsi sumus praeto alto & iflexo riuo q̄ in meātri speciē illā perrat
in duas eē ptes diuisā: Quarū hāc ad meridiē & occasū uergat
Illa ad septētrionē & ortū: utraq; in tris distincta regiōes (sextertia
uulgo appellāt) citerior in canaregiū: castellū: & eā quae: ab aurea
diui aede Marciana ē nūcupata: idurū dorsū ulterior & alias du-
as: a sacris aedibus noīatas quarū cruceiā hāc: illā uero paulinā re-
cte dixeris: antiquus medoaci flumis alueus si medoaciis ē hodie
uulgo brētā uocāt: alio aquarū ipetu opibus auerso uetustā reti-
nuit laterū altitudinē: quā marini fluctus hodie cōplet prisci illi
ueneti urbis cōditores ab altioribus ut arbitror uadis potius quā
ripis: riuū altū ab initio dixerit nūc quoq; p̄s urbis ualde illustris
nomē hēt ide acceptū is ab occasu urbi ifinuatus: Marthe pha-
nū prio p̄strigit ip̄ leuā aedificiorū orā alueus ad clarā aedē urba-
nis tectis ifusus cruceiā regionē a canaregio determinat: mox in
ter utraq; octo ferme stadiis allapsus: ab ortu paululū in meridiē
flexus: iter paulinā quā dexterā hēt & diui Marci regionē ad oc-
casū cōuertit: atq; ita recto alueo stadia q̄ttuor emēsus priusq; ad
samuelis ripā sit uerū iterū ad oriētē solē icliat ac recto placidior

cursum: inter Marci regionē iam dictam & durū dorsum ad Georgii usq; phanū quod eregione fori est urbis & tectorū patiēs procedit: mox uero omnē angustiam quasi uincula declinās: urbe ad leuā relicta per aperta euagatus stagna: in portum urbis ultimum detorquet cursum.

DE PRIMA REGIONE.

Vum hanc igit' sua natura urbs ipsa recipiat partitionem ea nobis regio auspiciatissimū dabit exordiū: quæ procacissimo occursum propinquātem medoaci alueū gremio exciperet: nisi ab eo fastidita ad dexteram ut dixi relinqueret': fuit regio durū dorsū ab initio appellata: ab eo ut arbitror: quod priusq; locus inhabitari coepisset qd constat aliq̄to recētius cōtigisse prædurus eēt illic scopulus inq; dorsi speciē productus: protēdit' regio a Martha quæ occidētē spectat solē usq; ad salinū caput trinitatis phano prætetū ē locus i triremis speciē fastigiatus atq; oīum q; i regione sūt nouissimus ad ortū: quāq; iudaica quæ illi obuersa iacet: quæq; regiōi ascribit' aliq̄to lōgius p̄gat Maritimis occurrere fluctibus: sed illa ad duo stadia q̄si diuersū a reliquo mēbrū ac totius æmula a cætero refugit corpe: hēt itaq; uniuersa regio Insulas. xx. sacras ædes totidē & sex āplius: sed de summa hætenus: In priā aut' regiōis frōte Martha sita ē qd ab initio docuimus: opus recēs frequētq; uirginū cōuētū: hic ad Mēdiculorū ædē piscatorius uicus) eo. n. q̄ lōgissime ab oculis Ciuitatis cōcessere: q̄cūq; fere: hodie i urbe quæstū ex pisciū captura faciūt) tota inter utrāq; ædē ora quæ austro obuersa est quæq; ad sagittæ iactū & āplius excurrit crebris pōtib; stagno procūbētibus suspēsa ē: his illi pro tētoriis ad esiccāda retia aut certe explicanda utuntur: intus nihil memoria dignum: in summo uico breui pōte ad Nicolai mendiculi fanum transcenditur (: Modica insula clauditur:) Tres supra uestibulum uirgines muro clausæ quo-

rum unā hodie ob creditā sanctitatē: quasi futurorū præsciā uulgo ut audio matronæ cōsulunt: ædē subeūtib; ad leuā priusq; ad arā maximā sit uentū niceti martyris occurrit tumulus: Dextero inde tēplo ligneo pōte in aduersam trāscēdit' isulā i eā nihil memoria dignū proceditq; recta frōte illa cū aqs usq; ferme ad proximū tririuū quod & ad sebastianū ducit: & ad heremitanā ædē. Sed cū eo nō ē lōgius procedēdū ad raphaelē q; in aduersa sedet ripa proximo pōte trāscēdit' magni opitergini opus uetustissimū: tēpli uero dedicatio lōge recētior: niceta antiochenus ad arā maximam marmorea ē clausus arca: iudaicæ frōs ad occasū uersa diuo ualde cōtra respōdet ē uicus hic aut isula potius duobus fermæ stadiis ab urbe ut dixi dirēpta: quæ in lōgū ad mille passus protēta circa medium deuexa cornibusq; hinc ide paululū reductis: theatralē pene exprimit formā: urbi-cæ itaq; lōgitudinis emula hinc lōge ad ortū cū ea excurrit donec uicta ad georgii phanū subsistat: tota ferme habitat' sed qua urbē ituet' frequētius: habet in extremo ad occasum latere (nam quādo regioni de qua agit' attributa ē de ea satis erit semel dicere) Balasio & cataldo cōem ædem: opus & ipsum isigni uetustate: frequētq; uirginū cōuētū: rēta ide secus aquas ad euphemix itur: habetq; ad meridiē ultra riuū q; mediā dirimit cosmi & damiani phanū in quo uirgines plerāq; sacris operant'. ide crucis ara cū uirginio frequētissimo: at uirgines alterius sexus oēs circa diuorū tēp a ppetuo clausas: ad huc noīamus tū qa nulla honestior nūcupatiōe uidet' mihi appellari posse q; ppetuū deo uere obsequiū: tū qd ferme in nuptæ ea ætate q; iure uirgines credi possūt soleāt initiari: magis ide ad ortū. Baptistæ ædes occurrit ipsa quoq; ut fert' diui magni uetustū opus: & in sūma iudaica georgii tēplum luculētissimū canalia reliqua isula dirēptum

utrobique frequēs cōuētus: sed ad georgiū frequētior mira inibi
hortorū & amoenitas & ī aede porphiritici lapidis lacus hilarissi-
mus plurimae diuorū reliquē uestimētōrū egregius apparatus & ī
uestibulo aedis tota ora quae urbē spectat quaeq; pontus pagrae
tribus ligneis: duobus lapideis redeo nūc nō nihil euagatus ad ī-
stitutā urbis descriptionē & ad raphaelis arā unde propinquus
angiportus ad sebastianū postico ducit in eo oia recētia: factorū
apparatus tenuis: religio multa: hic quoq; pleriq; sed pro religio-
ne nō adeo multi sacris opāt riuus citro ultroq; enauigatus aedē
pstringit quo sublicio pōte supato ad basilis dextera fūdamē-
tis ducit: Vetus tēpli facies: duobusq; coelitibus cōstātio An-
conitano & petro acotatio ueneto illustris. itrorsum pātheō cū
uirginio opus ut illud de quo dixi uetus: ita hoc noua facie nitēs
rius illi a tergo & a meridie ifundit: unde recta ad geruasium du-
cit uia: tēplū uetustissimū cū porticu quae uirēti areae icubat: te-
studo ad arā maximā aurea graecanici opis: in ora quae: a riuo se-
se in cōspectu aedis: īsinuāti usq; ad basilis aqs lōge rectoq; mar-
gine excurrit: īgēs uis lingneae materiae ad aedificādū cōparate:
& domesticam & in aqs disiecta uisit: barbaricae familiae aedes
& ad leuā: & a frōte in aduersa īsula geruasio adiacēt: aedes uel
hoc uno memoria dignae qd̄ his paucis annis duos optimos pri-
cipes ciuitati dederūt: Marcū barbaricū defūctū: & augustinū
eius frēm quo p̄cipe nō poterit res publica nō sp̄ beatissima eē
sequitur alia īsula quae eodē aquarū deriuo a meridie ad septētri-
onē excurrit: utrinq; extremis lateribus loca duo īsignia sed de
eo q̄ in itima ora sedet postea: nūc de iesuatico cānobio: ī eo ple-
riq; agūt: sed illi minime initiati: sacramēti ministerio religioe ī-
hibent: orare nō facere eorū ē: uulgus iesuatos appellat: ligneus
pōs hinc ī agnetinā trāsmittit īsulā: ī iesuaticae domus cōspectu

praiacenti area: agnetis uetusta aedes modice assurgit: cui p̄ exi-
guū uirginū accubat: Diuæ ara uetustia: sed uiti martiris q̄ iad-
uersa sedet īsula si muscosae frōti credimus oīno uetustior: hic
georgii corpus religiose cōditū: loci arā quot ānis stato die prin-
ceps cū bōa p̄te patrū quasi diuo gratulaturus ob ciuitatē picu-
losa cōiuratiōe seruātū structo ad tps supra riuū maximū pōte
iuisit: Adiacet a tergo īsula ad meridiē uersa: ī ea nouū almi spi-
ritus uirginū in ipsa pene ora iuxta nauale īgēs cū lateritiis for-
nacibus: itus piū uiti hospitū: leua fornacibus ipsi sedet īsula ī
frōte ad meridiē nouē publici salis cōclauia pietibus tātū iter se
aedificiorūq; supciliis discreta: īde ad salinū caput pōte trāscen-
dit: locū & ipsum: a publici salis cōclauibus noiatū: fastigiat in
naualis rostri speciē īmo efficit ut tota regio d̄ q̄ adhuc diximus
triremis formā pene exprimat utriq; extremis frōtibus ī puppi
& prorā extenuat: latius circa mediū patet: Quicqd̄ a trinitatis
fano ad ortū decurrit publica optinet aedificia sed illa ipsa ualde
recētia: huc triremes ac nauigia p̄gre appulsa: q̄qd̄ mari sub-
uehit publicanorū oculis subiiciūt nequa uectigalibus fraus fi-
at: Douanā uulgo noiant: aedes ipsa ad iternā orā ut multa q̄ se-
quūt spectat: theutonicū ī ea collegiū: proxia īde īsula. Gregorii
tēplū b̄tholomeo putio ātistite nup̄ īstauratū: atq; ob id festiua
& hilari facie: hinc ad aedē publicae caritatis nihil prāter priuata
aedificia cōspectioe dignū. sed nos publica scribimus: Hae ē
uetus illa alexātri. Ro. pōtificis latebra: unde a principe & patri-
bus reuulsus in pōtificiam est ut fertur p̄ dignitatem restitutus:
Extant adhuc monumēta non pauca quae rem ita gestā ut pro-
ditum est memoriae manifeste arguunt: Mianus Alexandri-
nus antistes & ut phama est Diui marci discipulus ad aram
maximam est cōditus: olim aedacula illic. Magnifici. Iuliani: ut

quidā tradūt opus: nūc splēdidū tēplū: prācipuaq; religiōe prāditū: Turris prāalta canonicorūq; cētus īgens: accubat templo nobilissimū cōclauē: cū celeberrimo urbis collegio uisunt hic illustriū pictorū tabulæ circū quaq; nō magis ad religionē q̄ ornatū dispositæ plurima sunt ī urbe eiusmodi collegia: sed oīum q̄nquæ celeberrima atq; ex iis unū hoc de quo loq̄mur: p̄ īflexos inde uicos ac pōtes aliquot itur ad barnabæ limina: Tēplū faciæ pene cariosa patēti area? diui uestibulū recta ducit ad lapideum pōtē: undē p̄ obliquas semitas ad margaritā pādīt accessus: mauri antistatis opus. & ipsum mirādæ uetustatis ut pote āno urbis circiter. cccc. cōditū: aurea illi testudo cū colūnis quattuor porfirite lapidis aut certe illi p̄ q̄ similis: uastus ad meridiē inde spaciāt cāpus: p̄ quē ad carmelitas itur: uirginis hæc sedes: satis opulēta: ac nō nihil a tergo īstaurata plurimi in ea operant. Ex area quæ ædi præiacet lingneo pōte in aduersam trāscēdit īsulā quæ regionis nouissima ē ad occasum hinc dextero riuo ad amagianas colūnas pene p̄petuis fūdāmētis itur quæ regionē ea pte termināt locus ē citra crucis phanū riuo cimba aut lapideo pōte supato alterutro. n. mō fieri pōt: aduersis fūdāmētis retro ad pāta leonis arā ē reditus: cætera uetustatē arguūt: tēpli tamē dedicatō recēs lapideus pōs: huic ad margaritā ex aduerso sedētē trāsmittit: & quāuis ualde ipse iter se propinquæ sint ædes ac pene contiguæ utraq; tamē plebanica ē diui limine īflexo angiportu uno q; pōte ad figulorū areā procedīt: Hinc digredi uolētibus leua occurrit area minorū phano a tergo herēs ubi hoc biēnio īstauratum diuo roccho templum: unde collegium cum sacris alio translatum fuerat locum: cum herbido cāpo qui humilibus ac paucis īteriectis domibus a tergo patet castellum uulgo appellari audio: sed causam adhuc regro nisi forte proximis inquilinis

fidem habendā putamus: q̄ mihi dicebāt accepisse se a maioribus ī propinqs hortis ubi nūc īfectorū fullonūq; tentoria uisuntur locum olim munitissimum fuisse: cuius uetusta operis aliqua hodie appareant uestigia.

De secunda urbis regione.

Seq̄tur hinc proxia regio quā a uetustissima diui æde: q̄ ea ferme media attollitur paulinā recte dixeris: hæc cū Cruceia ī sūmūm riuū altum excurrit: unde fit ut si frōte paulo magis fastigiata procederet dimidiatæ pyramidis hret formā: sunt in ea infulæ. xiii. Sacræ ædes totidē numero: atq; in his plebanicæ octo: & neqd ab īstituta narratione aberremus: Describēdæ regionis inde sumetur exordiū: ubi ea de qua proxime diximus habuit exitū: Erit igitur basis huius linea a tririuio quod ē ultra Euāgelistæ phanum post minorū ædem p̄ campum in quo castellum fuisse memorāt: præterq; Thomæ arā in riuum maximū deducta: Est id templum de quo loq̄mur: in ipsa pene ora: habetq; a tergo traiectum ab eo dictum: Ex area quæ illi præiacet p̄ īflexos calles itur ad nobilissimū uirginis tēplum: hic minores frequentissimo cōuentu sacris operantur: Domum maximā uulgo ab ædificii magnitudine uocāt: Hic sanguis Christi summi regis uisitur: Hic eius simulachrū abhinc triēnio miraculis illustratū: sacrariū nobilissimo ope præditū: in cuius frōte eminentiore loco equestris pauli sabelli statua cōspicitur: Nauauit is rei publicæ: patauino bello optimi ducis operā: ad aram maximam ducaria monumenta Francisci foscari marmore & auro præditū: & Nicolai throni materia & opere ut aliquāto recētius ita facie magis cōspicua: prominet aduersa tēpli pte aliud sane eximium Iacobi Marcelli q̄ uenetæ classis īpator Gallipolitana perit expugnatōe: magnitudine duobus illis minime cōparāda: cæte

rum ope. & materia haud quāq̄ dissimili: respōdet: cōtra Iodouici
foscarini uiri sapiētissimi sepulchrū cuius magnitudo quo mi-
nus luxuriat ita frōs hilarior: porticatim ex hac æde ad nicolai
itur arā quæ a tergo ē. Eadē & hic religio sed aris plane diuer-
sis: lapideus pōs & ex iis q̄ hodie sūt pene uetustissimis ad pro-
pinquā steni arā trāsmittit hic nihil præter cariosā tēpli faciē cō-
spectiōe dignū: præiacet arenosus illi cāpus p̄ quē euntes leua-
semita excipit q̄ breuior ducit ad euāgelistā uia: Huius uestibu-
lū marmoreo ē ope munitū. ita ut quū itra pene oīa sint situ ob-
sita lōge tamē fronte splēdeat: asseruāt hic dominicæ crucis li-
gnū plurimis insignitū miraculis: Vnū hic ex quinquā maximis
urbis collegiis piūq̄ hospiciū uicinis ædibus obiectū: breuissi-
mus hinc processus ad geminos pōtes q̄ tririuio unde lineā du-
ximus icubāt: regiōis finis: ide p̄ steni arā: recta & ampla semi-
ta ad subliciū pōtē procedit: unde digressum cōtinuo augusti-
ni ara excipit: & ipsa multo senio cōfecta accliui turre: ac primo
ampliore uia: mox ultra pōtē q̄ haud procul: ide superādus ē p̄
angiportū ad eubaldū: cursus breuissimus. nec ipsū uicino tho-
lo iuniorē: riuus diui arā alluit regiōis ē ea pte finis: Vbi te ille
ad pōtē remisit. duobus rētis uicis citra ultraq̄ lapideū pōtē at-
q̄ ad caput alterius breui inflexu i paulinū descedit cāpū: locū fre-
quēti mercatu insignē. icubat illi uetustū pauli tēplū cū porticu
aut uestibulo potius media ēt luce sub obscuro: si retro unus hic
pōs fuerit trāscēsus: duplex uicus excipiet hic ad minoritanā uir-
ginē: ille ad thomæ limina uterq̄ duobus pōtibus remittit: a pau-
lina area riuū altū uersus tribus pōtibus ad appolinar: itur locū
uetustate cōfectū aurea testudie tessellatoq̄ pauimēto: Eminēs
illi turris icubat præter quā uia huc & illuc inflexe i carātanū ui-
cū ducūt undē nup̄ sublatū lupanar: leuus apollinaris p̄ augustū
uicū ad siluestrū mittit: patriarchiā olim sedē: i ora traiectus fre-

quēs & cōclauē amplissimū a rochiano collegio nup̄ istauratū
mox i pristinas sedes oī sacrorū pōpa relata destitutū: ædes ipsa
ad arā maximā post collegiū digressū magnifice istrueta. quic-
quid ide ē aquarū ad cassiani ripā citra ultraq̄ toto riuo altino infle-
xu negociatoris obtegit nauigiis occurritq̄ p̄rio trās riuū (ut orā
pagremus) farinariū ēporiū: incredibile relatu: quāta uis i eo ue-
nalis annonæ sp̄ adsit: q̄ libera occasio mercari uolētibus: ad ia-
ctū fere lapidis: italicæ exoticæq̄ farinæ utrinq̄ tabernæ patēt: q̄
eā appēdāt q̄q̄ appēsam baiulēt præsto adsūt: Ab ēporio ad pō-
tē oīum q̄ i urbe sūt aplissimus: altiora tecta a magistratibus oc-
cupāt i his duo aplissima fere urbis uectigalia cōtiguīs pene lo-
cis uini unū: oīum cōtinētis eræ merciū alterū: qd̄ & ipsū domā
uocāt i imo tabernæ frequētes oleariæ cū publico carcerē a laterē si-
to: uici a tergo iteriecti cōclauia habēt pegrinarū merciū refer-
tissima: unde ad icēdiū p̄ noctē his locis cōtractū meminime tā-
tā uī aromatū i publicū nocturna illa trepidatōe deprōptā ut re-
rū ipitiores uulgo iudicārēt nō italiae solū: sed toti europæ decē-
nio suffecturā: libet hic narrare exēplū priuatæ largitiōis qd̄ dī
ea nocte accidisse: Quū iā ignis effusæ euagari cōpisset ac nō
sine piculo totius isulæ iualesceret ferūt priuatū ciuē cuius do-
mus adhuc erat igni itacta cū fisco auri plēo i aptū prodiuisse
hicq̄ igēti largitiōe proposita oēm ferme multitudinē ad ædes
suas proxio icēdio tuēdas cōuertisse nemo dicit ea limina sub-
uisse q̄ prius aureo saltē nō fuerit nūmo dōatus: quo offō accē-
sis aīs fortiter præseti piculo itū ē obuiā: atq̄ ea potissimū rōne
non sola domus sed nobilissima pars ciuitatis creditur noctur-
na illa clade seruata: Ineptæ igitur faciunt qui aurum semper ut
rem perniciosam insectantur: quum plus in ignem manifesto
argumento interdum agat: q̄ aqua contrarium elementum:

sed hæc natura: illud uero auaritia: post carcerem a tergo Area
ubi serica: argentea: & aurea stamina ab opificibus ad tex-
turam deperitur: ad dexteram publici magistratusq; salis ue-
tigal procurat a fronte philosophiæ Gymnasiū cui Antonius
cornarius bragadini auditor: homo moribus & excellenti do-
ctrina inter ueteres philosophos merito reponendus sed hinc
in oram unde modo digressi sumus est reditus ac priusq; ad pō-
tem sit uetum porticus cum uenali ferro & mercibus aliis pas-
sim disiectis: in ea pleriq; urbis magistratis de quibus abunda
in altero seorsum opere: tota ripa ab ipso mercium genere fer-
raria nuncupata est: pons inde incubat omnium q; in urbe sunt
ut maximus ita frequentissimus: nulla ferme ē diei hora qua ob-
citro ultroq; comitantium turbā non anguste superetur: Emi-
nent aduersa fronte ædes publicæ & ipsæ ab urbis magistrati-
bus in seßæ. respondet cōtra ad dexteram porticus aquis incu-
bens nouisq; a tergo materia & opere p̄spicuo aucta ædificiis:
ad leuam Iacobi tēplum uetustissimum uotoq; publico a priscis
uenetis urbis cōditoribus ob ciuitatem incendio seruatam ut di-
citur erectum: Explicatur ante illam area nobilissima in qua oia
urbis imo orbis negocia transiguntur: Coit huc mane & uespe-
ri negotiorum causa tota ferme ciuitas: sed quum omnia mor-
taliū frequentia constipata uideas: illud primo spectantibus
miraculo esse potest: quod in tanto hominum conuentu: nul-
la uox: nullus auditur strepitus: non libelli: nō altercationes: non
urgias: stipulationes uel ullæ: omnia remissiore uoce aguntur un-
de manifeste apparet uerissimum esse illud: quod in ore multo-
rum esse solet: rectam negociandi rōnem nihil minus q; uerbis
indigere: Duo uel amplissimum conficiunt negocium. si quid
inter se pactū uolunt ad nummarias mensas itur: quæ plurimæ

in ipsis sunt porticibus: atq; ex his uel ex proximo: pecuniæ credi-
toribus representantur: amplissima cōclauia duobus porticibus
imposita magna ex parte in fori usum absumuntur: humilior ī
de porticus sed ea q; lōgissime spatiatur: tabernis plurimis: cum
uenali panno referta: in eius front e celeberrimum quadriuium
si ad leuam flectas continuo. Io: Vestibulum eodē latere occur-
rit medio Diui templo Pauli pergulam sophistæ sua tempestate
celeberrimi conspicitur tumulus: turris ualde eminens templo ī
cubat quicquid inde est recta ad apollinarem hinc inde densis p̄-
strepit tabernis & officinis: Atriuū fronte annularius uicus dex-
tra leuacq; annulariæ officinæ: inde publicum lupanar: in quo ue-
tustum Mathei phanum: in summo calle: uicus argentarius ni-
hil eo de quo diximus infrequentior: sed iccirco illum neq; auri-
ficinum neq; argentarium libuit uicum appellare: Quoniam &
si monilia: torques: segmenta atq; alia pleraq; aurea & argentea
opera in eo conficiuntur: præcipua tamen opera in annulis con-
sumitur: atq; ob eā rem tāta interdum uis gemarum in artificū
manibus ac mensis ipsis exposita conspicitur: ut eius spectaculi
i suctos primo aspectu stupore defigat: uixq; credat euenire po-
tuisse ut ciuitas una q; uis amplissima tā frequentē opificiū nu-
merum aleret: sed in nulla re sūptuosa ciuitas sibi magis indul-
sit: ut una interdum mulier duo honesta patrimonia altera ge-
stet munus: sed de ciuitatis cultu postea: dextera quadriui per dē-
sissimas tabernas in forum olitorum mittit: quod riuo altiuo a
tergo accubat: hīc per salatium uicum in piscarium forum itur:
utrunq; ripis proximum: Ex piscario præter macellum ad lapi-
deum pontem qui foro lignario incubat regionis confiniū itur
ultra nihil ad paulinam attinet regionem: a tergo usq; ad eubal-
di limina præter paniceas tabernas quæ Macello herēt nihil di-

gnum memoria reperio

DE TERTIA REGIONE

Supereſt ut de tertia regione dicamus que ab eadem lignariū fo-
ri ripa ad claræ ædem que in extrema urbe ſita eſt procurrit eā
quando ab antiquiſſimo crucis phano nominari placuit cruce-
iam ut arbitror non ab ſurde nuncupauit: Habet tota regio: in
ſulas. xi. paremque fere ſacrarum ædium numerū: quicquid a pō-
te nouiſſime dicto ad caſſiani: traiectum in frōte eſt: ad præſentē
urbis regionem ſcribendam præbebit aditum: quantacunque eſt
ea ora eſt. n. omnino breuis quippe quæ iactum lapidis nō ex ce-
dat ad forum lignarium attinet totam ripam inſident onerarie
naues uenalibus lignis honuſtæ duæ hinc uiæ modico inter ſe
ſpacio diſtantes ab aquis introrſum recedūt: Hec amphorariū
habet uicum ab traiectu illa ad caſſianum ducit ea ædes ciciliæ
hic caput cuius olim & ædes tabulaque meſſenii pictoris cui ad ex-
primenda quæ uoluit nihil uidetur præter animam quā dare
non potuit deſuiſſe: incubat ædi turris eminens: duobus ide pō-
tibus uarioque uicorū inflexu: ad matris domini itur: ara uirginis
uetuſtiſſima: & ab magno opitergino cōdita: teſtudineū tēplū
argentea hec tabula: turris ualde ac cliuis cum præiacēti area ad
ortū ex hoc loco reditus ē ad euſtachiū caterinæ ab initio ædes
fuit hic diui hic cōiugis natorūque capita eodem ſacrario cōdita
herbidus ide cāpus ad ripā extēſus uide i canaregiū frequēs tra-
iectio: nec procul hic publica horrea nuper inſtaurata: ab euſta-
chio retro flectēda uia dextrāque angiportum ingreſſus ſublicio
ponte in uirentem transcendens campum: qui ad leuam occur-
rit: lupriū ueteres a paluſtri facie dixerunt: uetus iacobi phāū cum
turri i parte areæ. dextra ſublicio pōte ſeīta ad ateſteſes ædes du-
cit: i ora illæ ſitæ: ſed p̄ āguſtos & i āguis ſpeciē inflexos uicos cō

modius ad. io. decollati patet acceſſus. diui ædes uetus & ipſa in
luprio & quæ uix i ulla aliarū iſularū reperies tā hec quæ illa quæ ia-
cobi i proximo oſtēdimus plæbanica. hic ut plerique locis accliuis
turris: unde apparet iſūdādis molibus olim priſcos uenetos nō
ea uſos fuiſſe qua hodie diligētia: quū id uicium in recētioribus
operibus nō ſit fere reperire: cōtra nō uno loco i ueteribus: a frō-
te riuus excipiēs reliquos totius regiōis ab aquilone ad apliricū
decurrētes: qui ſequūtur a ſeptentrione & meridie regiōi inſū-
duntur: duobus hinc pōtibus i nebuloniū uenit cāpū eo egreſ-
ſis ſimeonis cōfeſtim ſe offert templū facies ſenio obſoleta: ad
leuam inde lōgiſſimis fūdamentis ad tririniū itur quo nō pro-
cul euangelite phano regiōne perſcripſimus: in eo nihil memo-
ria dignū dextra longiore angiportu: ſymonis & iudæ parua ē
ædes adeūda: nuda hic quoque decrepitas in ora ipſa pene eſt ſita
cui parū abeſt quum lucia tholus cōtra reſpōdeat: ſunt qui pre-
ſeī regiōi id phanū aſcribāt: ſed ob id credo quæ riuus maxius
nō ſemp ea parte peruius fuit: nūc quæ utrumque locū ab altero ſpa-
tioſo dirimit alucro de ea in ſua regiōne dicet: ab cōmuni diuo-
rum area iā dicta ad crucis limina breuis acceſſus: ac pōte uno p̄-
uius ex hoc tēplo regiō nōinata ubi & āguſtiſſima. frequēs hic
uirginiū: exit deīde i duos āguos i hoc claræ uirginium ubi cla-
uus imus ex iis quibus chriſtus rex cruci fuit affixus uiſitur: in ſu-
la ea eſt: ac longiuſculo ponte ceteræ regiōi applicita: altero an-
gulo aduerſa frōte andriæ reſpōdēt recta ibi quoque uirgines plu-
rime: inter utrumque locum in ora aggeribus ſecus aquas puius
eſt uſus introrſum orti nō i amoeni & hæc de tertia urbis regiōe

Secundus Liber:

De tribus urbis regionibus quæ ad meridiem & occaſum uer-
gunt priore uolumine abunde diximus: Hunc de reliquis

quæ ad septentrionē & ortū spectat ordine dicēus: offert se mihi omniū prima canaregiū: regio cruceiæ magna parte ex aduerso obiecta: pene pari cum illa progressu in stagna ad occasū excurrit: eius insulæ circiter. xx. insularum numerum iccirco cōfuisse ad huc retuli quoniā regiōatim ita angustis finibus aquæ nō nunq̄ coeant: ut singula etiā edificia: quia undiq̄ sint circū flua insule speciem expriment: quo fit ut parum exploratū habeam plures neq̄ opus sit an pauciores q̄otius: q̄ oportuisset singules regionibus ascripserimus: sacrae æde? ueris insulis pauciores esse nequeunt: quum plurimum singulæ singulas sortite sint: in ora igitur introrsum ad eucharistiæ ædē pæclarū uirginium templi facies ad. huc pene recens: respondet crucis phanum ualde cōtra: in eadē ora ac ita p̄oximo loco ut parū absit quin ipsa se cōtingant ædificia: alterū ad lucia tholum sacrarum uirginum chorus: in æde ipsa diuæ corpus: marmorea arca clausū multis clarum miraculis hæc duo loca quidam cruceiæ ascribunt r̄ regioni at nos ob eam quam q̄ixi causam canaregio ascribimur unde rectis aggeribus ad uicum qui in hieremiæ campū excurrit hic diui phanum non tam amplū q̄ uetus obiicit se herbedo campo in riuum spatari uolēti: castigatq̄ ea parte qua sedet arce nascitatem: turris ad sūmum quadrata: dexter illi riuus .a quo tota est regio nominata: quidā ab eo nomē factū existimāt quod in extrema regione ubi olim naues construi consuesent canarū palustrium fasces ad naualis fabriæ usū comparati passim ordne exponerentur: & quia ueteres. quod adhuc plerq̄ dicunt ad regium locari dixere quicquid suo loco. & ordinē poneretur ab re ipsa factum esse nomen affirmāt ut canaregium una l̄ra derrita dictū sit quasi canaregiū: uerū q̄a pluriū opinione cōstat qd̄ pene res subiecta oculis arguit: canalē ipsū opera ut

plerosq̄ alios nō natura cōstare haud absurdū esset dicere ab scissione ipsa factū esse nomen ρΑ ΧΥΟΥ. N. frāgo est siue rūpo unde & rogiæ dicunt fluuiorum deriua et in extrema italia oppido admodū illustri hinc quoq̄ nomē iditū plane cōstat: ut quem maiores ab initio canalē regiū hoc est scissum dixerint: recentiores corrupto nomine canaregiū dicere p̄seuerarint: q̄a rege appellationem loco datum autumant: quid sibi uelint non intelligo: ubi igit̄ ab hieremiæ cōspectu ad proximū pontē ueneris qui riuo cuius nūc meminimus est ipositus. leua ad iob fūdamēta per orā ducunt: hic lucæ cōditoriū: opus ipsū uetus sed mauri principis ipensa instauratum: hic & ipse situs est. uisit̄ in parte ædis ioannis bellini tabula insignis quā ille iter primæ suæ artis rudimenta in apertū rettulit: sacrorū curam francisci gymnopodes habēt: in extrema insula unde in margariā uicum traicitur: paruū nauale atq̄ idipsū exiguum: secundanæ obiectum insule: huic pene iūctum mauranum atrium ad pauperū usum ab eodem principe priuato sumptu constructū: undiq̄ domiciliis circūplexum: intus leucæria & in ortis pannorū tentoria: si i proxima transeūdū sit insulam cymba opus est: aut subliciū potius hieremiæ pontē reuise: ubi eum trāscēderis ad leuā flectito hic subito dextera occurrit: auri ficma uetus patrio sermone iactum uocāt: locus hodie magna ex parte dirutus ex ea insula i cāpū undiq̄ ædificiis clausū pōte trāscēdit̄: est is undiq̄ ut insula circūfluus recētiore iactū nomināt: tenuis riuus hyeronimi arā inde diuidit: spheritici martyris in ea sacrarium: frequēs uirginū cætus: inde ad stagna nihil memoria dignū ifectorius uicus in aduersa ripa a stagno ad aceti pōtē latioribus fūdamētis peragratur: augusta hic semita in misericodie insulam ab eadē credo que in summa parte sita est. amplior dictam ducit: & altera

nihil amplior ad alouisium cuius uirginium cum modica æde stagnis alluitur: in eodem tractu hortensis uirginis phanum: christophori olim fuit: illustris locus multaq; religione uirginis: ex ortensiana ara in aduersam insulam est reditus: in ea basium atrium ad usum pauperum comparatum: in fronte misericordiae ara: cum frequenti clero & collegioq; uno ex urbis clarissimo. mauræ familie opus omnisq; sacrorum impensa: omnes ad hunc locum riui ab occasu ad ortum rectis influentes eodem tractu insulas figurant: unus omnium præter ædem a borea infusus cæteros ordine excipiens in riuum altum recta decurrit: quæ intus dicenda restant: prius sunt referenda quàm in aduersam transcendatur insulam ab misericordiae ara fundamentis. in cuius parte infectorium statuimus uicium: breuis ad marcelliani portem nec omnino recta ducit uia: ex aduerso diui phanum & in eo uirginis miranda effigies arimino ut phama est miraculo delata: spartani ad hæc lapidis aut certe illi per quod similis delubrum: in eodem tractu ad occasum magis conspicuum uirginis templum cum numeroso seruorum cætu sic. n. se qui ibi sacris operantur nominant ad aram maximam marie cleophæ caput: lapideo inde ponte uicorum inflexu ad geminos pontes ad occasum potius quàm ad meridiem est reditus: donec tririuio nauigetur in riuum altum sinistris aquis: dexteris retro ad seruorum aram rectis in margariam uicum: in leua igitur procedentis riui ora: modica area: uetustissima accubat leonardi porticus: ædes & ipsa insigni uetustate: inde retro ad hermacoram carpenta simita templum cum præalta turri: hic mihi urbem recognoscenti. iobaptiste dexteram per ocium spectandi facta est copia: eam dico quæ christum deo genitum atq; ipsum deum ad iordanem amnem: baptismi lauacro respersit: licuitq; antistitis indulgen-

tia eam non solum inspicere: sed aureo depromptam tabernaculo quod uix optatius quicquam contingere potuisset idemtidem ex osculari: una omnium reliquiarum quæ in urbe sunt hæc in publica cerimoniarum pompa sub umbella circumfertur intus thassii lapidis columnæ plæreque: præter hæc in eo nihil dignum memoria patet hinc per implicitos uicos & quem ex aggeratum riuum uocant ad magdalenam uia unde abeuntes continuo post sublicium pontem fusæ breuis area excipit annosa loci facies: cæterum nihil in eo quod ad sui contemplationem inuitet. Diuæ limitibus supinus pons idemque sublicius ad felicem transmittit alluitur propemodum diui postes riuo qui a septentrione ut dixi infusus secundum misericordie aram in riuum altum decurrit Petri michaelis opus pons qui in conspectu est in aduersam insulam transmittit: ab eo modico processu: leua ad caterinæ itur: longissimi angiportus duobus ligneis pontibus ad ædem ipsam recta ducunt: sedet illa cum numeroso uirginum cætu in extrema ad aquilonem insula: unde dextro riuo ad crucigeros in summa insula sacris operatos profectio est: crucem illi ueteri instituto pre se ferunt unde nomen sortiti cretus petri discipulus religionis auctor: sed ciriacus hierosolomitani antistes qui dominicam crucem cum Helena constantini mater curiosæ quæsitam inuenit circumferendæ crucis decretum iduxit Barbaræ corpus penes illos christophoriq; foemur: hæc procul domus uetustissima ad pium usum constructa ac quam nitidum & hilare eorum canobium nuper instauratum tam huius Alouisii dardani procuratoris loci de quo loquor facies situ obsitu remensis uis ad foeliciani pontis diuerriculum leua ad sophiam flectitur præiacet ædipatens campus celeberrimus qua patet in piscarium forum tractus præter diuæ postes angustior calle ad apostolos breuis ducit

uia: unū ex magni opitergini operibus: Vetus turris illi incubat hinc retro ad crucigeros duplici antiportu suis utroq; pōtib; peragrandō datur regressus ingens ad hęc pro luco area in frō re. pōs sublicius: qui per in tortos uicos ad chrisothomum ducit ipsum quoq; non sine uetustatis uestigio: angiportus inde ad lapideū fert pontem qui in summo calle anguineo sedet: regiōis confinium: ex diu uestibulo duobus pontibus rectoq; ferme uico retro ad cantianum & uirginem cognomēto nouam: aris pene cōtiguis patet reditus: utraq; facies situ & uetustate consumpta: riuus qui nouam uirginem ab ea quę miraculorum dicitur ponte disternat: canaregii & oliuolēsis est regionis terminus

De oliuo lensi regione

Oliuo lensis regio quę & castelum recentiore uerbo dicitur duarum est regionum humeris imposita non nihil & ipsa ad ortum fastigiata ac nescio an omnium maxime post durum dorsū in acumē exitura nisi augustissimū urbis templum pari ferme fronte cū uirginio quod cōtra respondet in stagna percurrere basis quę parum recti linea a te tamen patet: per scriptis a stagno finibus inter cantianum & miraculorum ædem. mox iter marine & saluatoris phanum: iulianum & ædem auream in canalē usq; maximum: quę nūc castellana est ædes obliuolēsis quōdā fuit recte igitur tam hinc regionis nomen: quā inde traxeris: in sua in ea circitor. xx. sacre ædes. aliquanto plures & ut descriptionis ordo oī pplexitate careat: hęc quoq; ea pte ad eūda ē: quę proxime regionis relatio inuenerat sibi exitum: referrentur itaq; primo ea que ad borealem attinent oram: mox reliqua dicentur ab ara uirginis quę nouę olim cognomētum sortita est sublicius pons ad miraculorum transmittit ædē. locum ut noua ita præ-

cipua relligione insignem: fuit breuis: uirginis tabula angusto calle affixa: quod in plerisque locis urbis cernere est: ea proximis annis subitis miraculis illustrata magno mortaliū concursu frequentari coepit: quo breui contigit ut amplissimis donariis eodem quo fuerat loco marmorea sit ædes erecta opus magnificum ac nescio post auream ædem omnibus quę in urbe sunt opere & materia lōge præfendum: Exterior facies ædis a summo ad imū ligustico saxo: histrico & benacensi iteriectis: est ceu tabulis cōtectā: a fronte porphirites spartamulq; lapis ad ornatum reliquā per iterualla distinguunt materiā: opus ad cōsumationem spectat. cōtra ædem nouum uirginium & ipsum nō uulgari apparatu ab imo deductum utruq; opus francisci dedi equestris & francisci zeni procuratione ab fundamentis excitatum: mox. M. superantio & thoma contareno procuratibus aliquid eductum nouissime leonardo lauretano & augustino superatio extrema pene manus est operi admota: fuerat amatiæ familiæ imago illi prius quā illustrari cōtigisset: atq; rei monumēto publice decretum ut duo amatii cum duobus patriciis sacram pecuniā donariāq; procurarēt: recto deinde calle ad lapideū itur pontem qui tenui angiportu atq; altero ponte ad gemellos mittit opus amplissimum ac præ nimia altitudine caligati fastigio uasta magnitudine: cultuq; pene pari prædicatorum cōuentus quattuordecim principum cymiteriū sparsim tota æde uisunt illorum monumēta: sed oīum ut maxime recēsit ita nobilissimum petri mocenici principis ex hostium manubiis erectum: præiacet templo area cum lapideo ponte qui in minores birros & maiores mittit: medio tractu circa pontem marcianni collegii cōclauē illud clarissimum nobilibus tabulis & auro

prædicitum quod hoc quadriennio non sine totius ciuitatis me-
rore nocte una conflagrauit nunc materia longe sumptuosiore
q̄ antea instauratum: nouissimeq; a frōte alouisio dardano col-
legii magistro apparatu longe opulentiore excultum: uasta a ter-
go atria templo adiecta: ac tam ampla conclauia ut centū & am-
plius sacrorum causa inibi ferme agant: bibliotheca ad hæc in-
gens hortis incubans qui cum nō parua ædificiorum parte sta-
gno alluuntur. Ad iustinam inde aliquādiu recta itur: euntiq;
ad leuam post gemellos herbidus occurrit campus ubi hi qui in
nauales turmas scribuntur sagittandi peritiam delectum in ha-
bētibus probāt cōtinguus inde uicus: cum uenilibus tabulis utri-
q; ad ædificandum dispositis barbarum uicum uocant quem re-
ctius tabularium dicerent: per aream inde pontēq; unum subli-
cium hilari fronte instaurata nuper: euntem iustina excipit ædes
alioquin uetustissima ut pote unū ex magni antistitis operibus
accubat recens phano uirginium petri mauroceni: berthucii del-
phini: michaelis cornarii & laurentii delphini qui aream obtulif-
se dicitur procuratione erectum: addiderunt aliquid templo za-
charias barbarus. M. Antonius maurocenus: hieronymus con-
tarenus: matheus & andreas donati fratres & hieronymus co-
gnomento iohannes qui hodie procurant: angusto uico eūti her-
bidus aperitur campus cum antiquo in murianum traiectu qui
frequentari desit: excurrit planicies illa ut pote in urbis recessu
aliquanto licentiosius ad alteros francisci gymnopodas qui ad
nouam diui aram sacris operantur tenuis templi huius ornatus
sed ædificia ædi circumiecta queq; in stagnum protēduntur am-
plissima: ingentes undiq; explicāt porticus & supra illas frequēs

bibliotheca andreas bragadinus sexaginta auri pōdo in id opus
contulit: hieronymus badouarius quadraginta atq; uterq; uiuēs
dono aurum dedit: monstratur in uicinis hortis ædicula diuo
marco sacra a principe & patribus ueteri istituto quot annis sta-
to die adiri solita: hic quum ab gymnopodum uno quesuissem
ecquid esset quod locus uinea diceretur: quum nulla circūiecta
essent uineta: insulam esse ab urbe res pondit ad quinq; millia
passuum: quas uineolas hodie uocant ibiq; diuū bernardinum
præfuisse aliquandiu editum nomine: unde postea translata
in urbem religionem loci nomen retinuisse: uisitur in ædis ue-
stibulo lodouici siciliæ regis sepulchrum corpore ex hierony-
mis in urbem pro sanctiore quodam deportato: uerum cogni-
to errore placuit purpureo pallio eius arcam editore loco sitam
operiri: ab francisci ara deflexa uia præter bocolorum hospiti-
um inflexosq; uicos ad altera itur trinitatis tecta: ubi anastasia
corpus: a ualeresio ualeresii cognominis bizantio delatum: Ex
area quæ uestibulo ædis præiacet sublicius pons ad celestinam
mittit ædem: ubi chorus ingens uirginum annosum templum
cum effigie uirginis miraculis multis illustrata: celsiq; principis
marmoreo sepulchro. hic quoq; locus quia in ora stagno allui-
tur: post trinitatis phanum. Geminosq; puteos pium. Io. hispi-
tium medio ferme uico cū tenui sacello occurrit: publicum hinc
nauale uisitur: cuius moenia procul ueniēti uaste se pandunt
imēsū opus ac ita longe lateq; excurrens ut. xx. circitet stadia
circuitu pateat: undiq; ualide munitum: sed intus si quis omnia
collustret: haud facile expediet nauale ne an armentarium po-
tius sit dicendum: siquidem præter ingentem triremium nu-



merum in pontibus stantium ad omnem occasionem paratarū
præter alia nauigia & multa & uaria quisquis uim tormentorū
maximam. arcuū. sagittarum telorum omnis generis: quorum
amplissima sunt conelauia referta: siquis anchorarum: uelorum
funium remorum. omnisq; nauticæ rei stupendum inspexerit ap-
paratum: fateatur necesse est nullum esse tam arduum bellum:
nullum tam diuturnum: siue terrestre siue maritimum ad quod
instruendum id nauale non abunde esset suffecturum. sed ab ip-
sa rei magnitudine ulterius exprimēda quoniam id uerbis præ-
stari non pōt consulto abstineo: sub ipsis naualis moenibus in
martini aream transcendit̄ annosa templo facies id subeunti-
bus ad leuam paulo eminentiore loco uetus est sepulchrum tri-
bus familiis olim cōmune: sed tam angustum ut ne extensa quē
cadauera possit capere: unde quum forte locum spectarem: una
reputare cœpimus quanta fuisset olim ciuitatis parsimonia in
qua plures familiæ quinque pedum & quadrantis possedissent tu-
mulum: intus sub delubro basis cum arpiis duabus ueteri opere
icisis ostenditur nobiliore quēdem opificio quā materia certum ho-
die statuariis & pictoribus figurandi monstri exemplar. Dextero
inde tēplo ad naualis itur ianuam maripetri principatu marmo-
reo opere munitam: Eminētissimus pōs transcendit̄: riuo impo-
sitis: per quem triremes in altos trahunt̄ fluctus: hinc præter na-
ualis moenia in sagittarium itur stadium unde per tana idis cāpum
ad hospitium duobus apostolis sacrū ducit uia: uetusta hic oīa
tam me hercule quā in danielis uirginio quod longe hinc digres-
sis collapsa pene fronte occurrit. templum senescenti facie infir-
mum: testudine & fornicibus fultum: in eius uestibulo marinæ
beluæ portentosæ magnitudinis ossa: duæ ad hæc uirgines inibi

Io. Martyris sacrarium nobis referarunt. corpus pene itegrum
& ut ex illis didici bizantio delatum. ad hæc usq; loca decurrunt
naualis moenia aduersam insulam optinent quæ iter sanctimo-
niales urbis peculiari appellatione uirgines dicuntur: in æde ni-
hil præter uetustatem occurrit obseruatione dignum: uirgini-
um ipsum nocturno incendio nuper deflagrauit atq; biennio mi-
nus sumptuose instauratum hinc subito pons longissimus in oliuo-
lensem trāsmittit insulam: ubi patriarchica nunc sedes: ubi & di-
ui petri phanum: magni opitergini opus: uetustas in eo nobilis:
sed rerum apparatus longe nobilior aurea testudo aræ maximæ
incubans: pauimentum testellatum: colūnæ & multæ & magnæ
sed omnes peregrini lapidis herbidus campus ad riuum procur-
rēs turrisq; in eo candidi lapidis paucis ante annis ad fastigium
ferme perducta: insula omnium extrema ad ortum: nunc quinta
a quibusdam uallis dicit̄: olim ut plane constat oliuolensis ab oli-
uis in ea consitis ut quidam memoriæ prodiderunt nominata:
post longissimum pontem cuius proxime facta est mentio leuo-
calle perq; alium sublicium pontem ad annam transcenditur: se-
det ea in insula quæ omnium regionis huius maxime est an-
stralis: uirgines hic quoq; plurimæ hinc rectis aggeribus profe-
ctum dominici limina excipiunt frequens in eo prædicatorum
conuentus: rectissima inde uia leuo templo ad antonium ducit:
per aperta ligneo uno ponte superato: eundem: in diui æde uir-
ginis imago miraculis insignis: & ad aram maximam uictoris
pisani uenetæ classis genuensi bello imperatoris ex pario mar-
more sepulchrum: nobilissimum templo opus incubat: atq; idē
recens: ad pium usum paucis annis clarissimo opere constructū
iter recentia urbis ædificia præcipua admiratione conspicuum
citra ligneum sacellum ad tempus religionis gratia erectum: ue

stigiis retro obseruatis leuum occurrit nauale cū publica illā ar-
ce uerius q̄ naue in pontibus adhuc stāte: inde p̄ dominici callē
in ora pietissimum illud oīum qui in urbe sunt domicilium: ubi
ex abiectiis certus puellarum asseruat' numerus quæ ab ineun-
te ætate optimis artibus īstituuntur: sed in primis morum habet'
rō: tam seuera adhibetur disciplina: ut nō modo nō compellādi
cuiusq̄ alterius sexus: aut alloquēdi: sed ne uidēdi q̄dem ulla re-
linquatur occasio: ubi uero p̄ ætatem adoleuere & iam uiro ma-
turæ esse cœperūt publico ære honesto matrimonio locant': icu-
bat a fronte aquis: aduersa ripa ducariū atrium ad piū usum nu-
perrimæ absolutū: ex eo ad supinū itur pōtem qui aquis: a supe-
riore publici naualis parte corruatis incubat: ex aduerso ad me-
ridiē antoniana insula desinit ulterius procedere: publica ligno-
rū conclauia circa pontem ad oportuniore civitatis usus cōpa-
rata: reliqua ora usq̄ ad pontem regionis confiniū eum pelearū
uulgo uocāt quinq̄ peragratur pontibus iā hinc ordine referē-
dis a lignariis conclauibus digressum blasiana excepit ara in te-
nui æde quæ aræ introrsum præiacet græci per q̄ pauci nup hic
sacris operabant': Honerarium nauīū uis ingens proxime hæret
ripæ tota ora nauæ pro statione tutissima utunt': circa pontē q̄
proximus se offert citra ultraq̄ publica horrea mox & publici
furni ubi ad nauales usus panis uis igens cōficitur: inde domus
quæ dei optimi maximi dī occurrit: mox ligneus pons unde ad
celestinā introrsum nauigatur ædem: pons inde lapideus a pro-
xima pietatis domo nūcupatus occurrit: huc pueri furto cōcepti
abiiciunt': abiectiq̄ diligēti cura & studio alunt': subiectæ pōti
aquæ ad iustinā uario īflexu spatiant': hinc ad bragolanā ædē di-
uerticulū ducit: ipsam quoq̄ grādi æuo confectā: utpote iā inde
a longobardico tumultu conditā: igens aræ templo accubat ubi

mihī de loci noīe diligentius fīscitanti: senes quidam ut ex eorū
sermone aduerti non oīno deliri memorabāt accepisse se a ma-
ioribus priscos illos uenetos qui ab initio urbem tenuere merca-
tum bragolam appellasse: & quia olim eo loco frequens merca-
tus celebraretur datum ob id loco nomē: fuerunt postea qui mi-
hi dicerent illic olim piscosa fuisse loca: atq̄ idcirco q̄ piscatio-
nem uerteres bragolā dixissent a re ipsa nomē locum accepisse
nō de sunt qui bragolā. io. cognomēto helemosinarii patriā fuis-
se memorent: atq̄ a diui sacrario nomē uicinix datum: alii a pa-
tauinis quos patria a barbaris eictos primos oīum eā urbis par-
tem tenuisse constat: torcular: bragolarium dici aiunt: sed cur in
īsulas sit nomē trāslatum nō expediunt: ab æde loco haud mul-
tum diuerso ostendebātur mihī: āgiportus proximi inq̄lini nar-
rabāt mihī existimare se uerissimū esse illud quod maiorū rela-
tu uulgo percrebuisse et eo olim loco reos capitali supplicio affici
solitos: atq̄ in argumērum fabulæ adducebāt infœlix ibi uadū
esse affirmātes uidisse sæpius se illic uiros subito cōgressu con-
trucidatos: alios uero aut lapsu pedis aut diuerso casu periclita-
tos: p̄ hunc ipsum uicum obliqua semita buseia domo ad dex-
teram relicta in oram breuis est reditus: sequunt' duo inde pon-
tes hic aquis zachariæ uirginiū a tergo alluentibus icubās: ille ri-
uo q̄ eiusdem diui lapideum pōtem a frōte irrigat: nouissimus
oīum qui a uenali palea quæ nunc ad georgii phanum uendit'
nomē habet: atq̄ hic regiōis finis sed huc nō ē uenire ut reliquū
regiōis pagrari possit: q̄n retro p̄ rascianū uicū in proximā ueni-
re oportet aræ ad leuā uicullus breuis ad cōem iacobi & philip-
pi arā ducit: templū ipsum aquis dirimentibus diui marci tergo
pene heret auersa aræ parte: a fronte. io. cognomento noui li-
mina: sed illa ipsa ueteri non noua facie: ad dexteram eodem

uestigio stans zachariae uirginium uetus & ipsum opus: sed nunc proximo loco phanum ornatissimo apparatu erectum nullique nouorum operum sumptuositate & aedificii ratione post habendum: ad ueterem aram gregorii: zachariae: theodori: sabine patricii nereii & archilei corpora uno condita sunt sacrario diui atrium egresis ad dexteram in conspectu se proculi templum offert in eo praeter auum nihil hodie miramur: in aduersa insula sedet mauritius unde per breuem uicum ad geminos pontes est aditus: dextero relicto per eum qui a fronte occurrit in subiectum angiportum & uiciniu pontem dextera ad antoninum particiatiae familiae opus uetustum transceditur: ubi & sabae sacrarium: fundamenta: sacrae aedi propinqua ac paululum in curua in bragolanam retrahunt aream: sed de loco plura fortassis quae oportuit si leua a ponte procul ire pergas de quo nuper diximus si ad. Io. hierosolimitanum & in foro iulianum uicum uenies: ultra aquas ad occasum aduersa insula laurentianum uirginium cum aede ei quae proximo loco antonino sacra ostendimus aequali id quoque particiatorum opus fuisse memorant anno conditae urbis circiter. cccc. constructum utraque insulam ueteres geminas dixere per pontes nouissime dictos ad diui aedem retro patet reditus: dextero riuo post geminum pontem septentrionem uersus fundamentis itur. lapideus pons ad diuum & uirgines ducit: hinc longissimis patetioribusque uicis ad pontem uenitur qui in longum transmittit callem: hic dextera ad lateranum ducit: locum pene sacris destitutum: resecta ad maria formosam: uastus campus atque herbidus blade uenientes excipit ad meridiem templum attollit: magni opitergini monumentum: Delubrum in eo porphiritici lapidis cum subiecta columna nobili materia sed ope nobiliori: duobus hinc pontibus semitisque pene rectis ad marine itur limina ibi diuae corpus bizan

tio delatum: per eius aream: & lapideum pontem sit reditus ad miraculorum aedem. unde scribenda regionis sumpseramus initium auersam inde uiam quae in fronte diuae est ingressus ad leonis phanum inflexis uicis unoque ponte transcendens lium uulgus corrupto nomine uocat: opus per se uetus sed magna nuper ex parte instauratum. & haec sacrarum aedium quae in oliuolensi sunt regione nouissima: ac pene confinium ipsum. a tergo introrsum capfariu habet uicum qui usque ad pontes regionem ea parte claudentes bifariam extenditur.

De uia et ultima regione

Reliquum erat ut de nobilissima urbis regione diceremus quae eadem est & diui marci in. xiiii. diuisa insulas: sacras aedes decem & octo: eius forma ad occasum resupinata basim duabus insulis affinem: nec rectilineam habet: duro dorso & paulinae regioni est a lateribus & a fronte inserta. eius descriptio a canaregii finibus sumet exordium lapideus ibi portus germanici emporii tergo herens mox & inflexus uicus qui in anguis specie intortus anguinus dicitur: sed illi ipsi ambitus hinc inde desissimus sunt officinis referti: in quibus omnis urbicus purpureae texturae apparatus non sine spectantium admiratione conspicitur: incredibilis operificum manus in auro & serico uarii coloris explicatio est occupata. ad leuam sinuosus callis ad pontem ducit per quem ad leonem oliuolensis regionis transcenditur: ad dexteram germanicum se offert emporium: locus alto riuo iminet plurimi hic germani sanguinis conductis ad id circa atrium cubiculis negociantur. ingens inde rei publice uectigal. quicquid mercium ex urbe in germaniam & circumiectas oras deuehit hic propemodum depromitur: quicquid rursus inde affertur hic negociatorum oculis subiicitur: plura semper nauigia. ad mercium uecturam quae sita subiectis haeret ripis:

ab emporio in apertū egressis riuo altinus pons dexter occurrit
ad leuam frequentissima urbis uia ad auream usq; ædem & ipsa
admodum sinuosa decurrit tota inter capedo quæ quattuor pe
ne continet stadia densissimis dextra leuaq; aromataris aliisq;
omnifariâ tabernis officidiscq; promiscue feruet interiectis i his
omnis urbicæ peregrinæq; mercis copia uenalis exponit' adeo ut
quū omnia in apertū deferunt' inter blanda urbis ornamenta id
quoq; solent magnorum hospitiū oculis subiici spectaculū per
eam aliquāto progressis Bartholomei uestibulū phano accubās
ad dexterā se offert: dextera & saluatoris edes cum Isidori cor
pore conuentu celebriq; opus testudineū miracq; religione præ
ditum: nec multo post contractiore fronte & iulianus q; a latere
spathariū habet uicū: aquariū uero a tergo: mercaria uia a frōte
pergit in aureæ ædis aream procedere: sed ad oram unde digres
si fuimus est redeundū ut ordine dicant' quæ hinc sequuntur.
Quicquid igitur a ponte omniū maximo qui idē ē & riuo altus
secus aquas peragrari potest: totum aggeribus est suffultū qui
bus hærent mercatorie exotici italiciq; uini naues: ita inter se fre
quentia stipatæ ut mutuus sit inter illas transcensus in fronte ta
bernæ plurimæ oleariæ uini apothecæ hic bauilorum & quis for
didum faciunt in ciuitate quæstum semp turba iugens: in extre
mis aggeribus augustus uicus in lucæ aream ducit: hinc a tergo
ærarius uicus per quē ad saluatoris ædem retro patet accessus: a
fronte angiportus qui ligneo ponte in sagittariū callem mituit
haud procul ab area diuerticulū ad diui arā: unde in apertū re
uersis perstringendū est Lucæ tēpli paterniani uestibulū: q; cū
æde ad leuā relicta duplici angiportu sublicio ponte dirēpto ad
benedicti uetustā itur ædē diui tholus cū præiacēte intrusus area
ad ripā qua in aduersam traicit' insulā: post diuerticulum recta

procedit uia ad angeli phanū noua hic turris uetus quæ ibi fue
rat subita ruina nō sine plurium pernicie noctu repente procidit
se dicitur: quin & tertio ab hinc āno itē noctu e cælo tactu adeo
omnibus pene lateribus concussa est ut res sit in prodigiū uersa
sed latera subito instaurata Heremitanorū atriu cum Augusto
prothomartyris tēplo ab angelo digressum lapideo excipit pon
te frequēs hic conuētus templūq; sacellis plurimis & pauimēto
ornatū: in fronte cymiteriū mox & uicus cum bubulis stabulis
& lacte omnifariā uenali. Hinc flexus ad Rochi & susanne arā:
huc his paucis annis Rochianū collegiū cōcesserat: ac pluribus
ædificiis solo æquatis quæ ad hoc ipsum coemerant nouum si
bi conclauē cum diui æde erigere constituerant: sublato inde ue
teri lupanari ingentē explicauerat ad edificandum aream: quū
repente mutato cōsilio cum ipsis sacris ac diui corpore ex gallia
nup delato & quod pro tpe: i Geminiani phano religiose fuerat
asseruātū in uetustissimū phanū ultra riuum cōmigrarunt: no
uissime hinc quoq; cū omni cerimonia profecti eū cura micrū
ædē locū instaurare coeperint ubi priā fuerāt diuo iacta fundamē
ta ē id hodie q; recēs ex quib; celeberrimus urbis collegiis unū
illis igit' abeūtibus locus ē iterū prophanatus: sed nō multo post
i sacrum usum restitutus: traductusq; eo frequens uirginū catus
ædes cū uirginio tumultuario pene ope exstructa Rocho & su
sannæ sacra relinquūt cōe phanū ad leuā hi qui ad Samuelē ire
pergūt: præiacet illi area cū traiectu oīum ferme q; in urbe sunt
frequētissimo iā hinc atq; aliquāto retro usq; ad Trinitatis pha
nū citra ultraq; riuū clarissima spectant' urbis ædificia: & in eis
dem sit uestigiis ad Stephani areā redeundū: cymba q; uolet ad
proximā Vitalis ripā euelit': exiguū id tēplū hinc publicā carita
tem spectās inde uirentē prothomartyris campum mox ex diui

cōspectu cymba ablatu post appulsum ad mauritiū per tenuē
ibit angiportum parum abest quin ille heremitanæ aræ a tergo
accubet tenui riuo disternitur tampus qui diuo præiacet ad lapi
deos mittit pontes post illos in banicæ uirginis uetusta occurrit
limina cum turri præ multa uetustate iam collapsa: in æde colū
næ pleræq; & peregrini lapides uetustissimi loci arguunt appa
ratur campus a fronte ad Gregorii traiectum excurrit. secus in
banicæ tecta per inflexos calles ad angelum leua: dextra ad fan
tini itur aram: hic uirginis imago multa religione assiduisq; mi
raculis illustrata: frōs ædis nitida candidoq; saxo nuper instaura
ta: duplici in de uia in diui Marci itur aream: leua per sagittariū
uicum dextera pontibus duobus in ulterioris conspectu Mosis
phanum cum accliu turræ hic quoq; uirginis Icon & ipsa mira
culis multis insignis tenuiq; fabrorū collegimus: sed huiusmo
di collegia regionatim omnibus ferme templis reperiuntur: re
cta hinc ad almi spiritus ducit omnia ibi tenuia: uiculus ex huius
cōspectu i Geminiani fert uestibulum id in aureæ ædis aream cū
ipso templo decurrit duæ deinde porticus: dextra leuaq; usq; fe
re ad auream ædem longe lateq; spaciantem amplexantur areā
imæ utrinq; partes publicæ locantur: & cum his leue porticus su
periora domicilia: dextere uero a diui Marci procuratoribus in
habitant a Geminiani uestibulo illa profecta per pontes & in
ærariū uicū & alia ignobilia a tergo loca peruia ē: ipsa cum area
usq; in mercariū excurrit uiam: tum publica quædam sine porti
cu ædificia ad bassi usq; uestibulum protendunt: quæ spartariū
uicum & aquariū post se propinquo loco habent: sed illa suo lo
co relata procuratoria porticus: & ipsa spaciantis areæ æmula p
geret ad aureā usq; ædē procurrere: uel potius in forum ipsū cui
magis contra respondet: nisi superbissime turris occurru com

primeretur omniū illa quæ in urbe sunt eminentissima: adeoq;
altis fundamētis uixa ut pene plus operis latere credat q̄ ad au
ras extet: sūmus apex adeo sublimis ut fulgor auri quo illitus est
ad ducenta stadia ex alto nauigantibus uelut saluberrimū quod
dam occurrat sydus: sanctiora conclauia in quibus pecuniæ &
alia quoquomodo diui Marti procuratoribus administrāda di
ligenter asseruant: festiua facie turri accubant peruii fornices a
suma porticu ad pium diui marci transmittūt hospitium in aditu
magnū conclauē ubi publico decreto his annis litterariū ē Gym
nasium constitutum: hinc postea egressis ad meridiem explica
tur area quæ & ipsa duabus cohibetur porticibus forensi ad or
tum ad occidentem solem tabernaria: Hæc a fronte paniceas ta
bernulas habet itus superiore parte meritoria hospitia: infra cau
pomile multæ: cum sellariolis popinis in summa porticus ianua
igens quæ ad nūmariam ducit officinam: hic assidue uis ingens
auri & argēti cudit: opificum igens numerus: mox hinc alterū
heret macellū cū piscario foro & tabernis pleriq; salariolis nu
mariæ officinæ cōtiguus post piscariū forū: seqt̄ & cæpariū ter
rā nouant eam loci intercapedinē ueteres dixerunt: Edificia illi ipo
sita ubi nunc publica sunt horrea olim carceris usum prebuere
cōstat ibi genuenses captiuos in uinculis olim habitos: ripa a ue
teribus cloacis quæ hodie nō sunt usq; ad palearium pontē: tū
cymbe plurimæ tū maiora nauigia partim oneraria partim ad
uectores excipiendos parata die noctuq; hæret: medio tractu ge
minæ columnæ præstanti forma prominēt: mira in illis specta
tur proceritas i hoc epistilio diui marci simulachrum ea forma
qua a latum imitatur leonem i illo theodori martyris itenta ha
sta droconi incubantis: in utriusq; numinis tutela ciuitas adhuc
diem mansit: in martyris olim: nunc in diui marci est. in ipso in

tercolunio fontes capitali afficiuntur supplicio: Reliquum est ut de ducario ipso & aurea æde dicatur: quorum ingens rerum apparatus si a nobis accuratius explicetur: tertium explebit libellū nec ad huc rem plene profecuti erimus: sed breuitate uerborum perstringam: ut ea solum memorentur quæ præcipua uisa fuerint admiratione digna: tribus ducarium ipsum patet lateribus ad aquilonem aureæ ædi accubat: qua austrum et zephyrum spectat crassioribus subnixum columnis longissimas explicat porticus: quarum hæc publico pretenta est carceri: illa ad alios est publicos usus retenta: utroque latere eminentior porticus his duabus imposita duplici columnarum serie suffulta totaque in fori usum absumit: amplissima cōclauie porticibus incubat quorum hoc quod occidui est lateris publicæ de bibliothecæ fuerat destinatum illud meridianæ oræ comitium habet: ubi totius ordinis suffragio magistratus creat: duplex hic armamentarium utrumque cōitio cōtiguum: publicis armis refertum: sub quorum altero xl. Viri ciuiles: audiunt causas reliquum latus quod hodie ob nouam instauratiōem est pene dimidiatum sub ueteri structura uetustissimam nicolai ediculam habet: & tribunal pro quo publici aduocatores causas audiunt: supra ueteri instituto senatus habet: reliquum ubi uetus fuit principium sedes que medio ferrariensis belli tempore deflagrauit materia quidem nobili sed opere ad huc nobiliori ab uno ad fastigium est nuper instauratum: aureæ ædis forma: quæ eadem est & diui marci crucis uidetur mihi figuram exprimere: quæ admodum fuit in historiis a me demonstratum: & ut: ab imis partibus superbum apparatus scribere incipiam: pavementum habet partim tessellato distinctum opere. partim marmoreis tabulis aliis que non parui precii lapidibus munitum: in quibus (uix aliquis credat) semipedales spectantur carchedonii ad aram maximam columnæ duæ a labastricæ

lapidis: plures ad hec circa aram maximam & columnæ & tabulæ ex porphirite & laconico marmore: facies templi ad dimidium fere, tabulis compacta est marmoreis: quicquid idem ad fastigium tollitur purissimo fulget auro: altissime testudines grecæ neci operis diuorum habent simulacra. quæ moesta presentia non plus uenerationis spectantibus incutiunt quam horrores: vestibulum cum exteriori facie eodem opere et materia predictum sed eo superbiore aspectu quo marmoreæ columnæ multiplici serie & a fronte et a lateribus omnia conuallant: in ipsis laterum fastigiis crebrisque pinnaculis marmoreæ diuorum statue genis colludentibus ordine impositæ: in uestibuli supercilio quattuor ænei equi a lacri statu prominent quod spectaculum non parum affert ornamenti opulentissimo alioquin templo: plumbeæ tegulæ: ædem: forum: & curiam operiunt: diui marci corpus occultiore conditum est sacrario ac omnino paucis noto: ad aram maximam gemmata tabula inter publicos spectantur thesauros: Hæc ibidem semper: illi sanctiore asseruantur loco: frequens hic clerus cum antistite quem primicerion uocant: & hæc de situ & illustribus locis urbis. nunc pauca in uniuersum dicam: omnium sacrarum ædium quæ tota urbe sunt aut quadrato lapide aut tessellato opere tabulisque marmoreis substrata sunt pavementa: omnes circa aram maximam et in Vestibulis peregrini habent lapidis columnas: plerumque aureas testudines circa aras aureæ tabule quas pallas Vulgo nominant: plebanicæ ædes quæ singulæ singulis sunt insulis sitæ suum quælibet antistitem est forsita plebanum hunc uocant) famulantem habet & clerum a quo canonico ritu sacra transiguntur eaque ad organorum cantum hoc in Virginiis ipsis: hoc in cæteris ædibus sacris collegium habentibus ita ut sine rubore affirmare possis hanc unam ur-

hem in toto orbe uere sacrificulam hodie nominari posse & de-
bere: atq; sacrorum cultu cerimoniaq; sollēni nulli earum quæ
in terris sūt post habēdam: tota ad hæc quacūq; pedibus pagra-
tur lateribus munita: priuat ædes domesticatim puteos habent:
quæ aquis icubant ripas ad naualem usum: atria porticus: uesti-
bula: columnis dalmatici histri ne lapidis fulta: sed itus hæc ma-
gisq; foris spectantur: ex eadem materia: cenacula: fenestræ par-
tesq; ædium eminentiores: nulla ferme ē recens domus quæ nō
aurata habeat cubicula: nec procul aberat: quin iam ædes pro te-
torio essent aurum habituræ nisi luxuriæ in dies magis incūbē-
ti legibus itū esset obuiam idem in muliebri cultu: splendor. qui
& ipse paucis annis sæpius est coercitus: nulla inualecente luxu-
ria fuit tam mediocris fortunæ foemina q̄ nō in auro cōspicere-
tur: nulla quæ nō aureos torques immensi ponderis collo indu-
ceret: utrūq; lege ut dixi ademptum quo factum ē ut iā omnis
deliciarum impetus in gemmarum & unionum ostentationem
incubuerit: quum igitur ornatiores in publicum exeunt: quicq; d
a medio sursum ē gēmis & grandioribus splēdet margaritis ui-
rorū cultus i urbe ciuiliior q̄ foris: a pueris uestibus ad pedes de-
missis utunt: atq; illis' ipsis plurimū nigris: uiolaceus colos satis
frequēs: sed cocchus adhuc frequētior: æq̄lis utpote i libera ciui-
tate habitus: permissum cuiq; colore: amictu: ueste qua uolet uti
quo fit ut nullū iter ordines prio aspectu appeat discrimē: capil-
lus uulgo flauus ac fluidus: ita ut adhuc iuuenes plæriq; calui fi-
ant: color cādidus: statura magis procera q̄ breuis tacitus icessus
ac curiosus: sermo grauis & demissus & q̄ plus græ sibi uēdicet
si aliq; sit ex pte adulteratus: p̄riciorū studia aut i re publica ad-
ministrāda aut i negociatiōe sita: philosophiā nō nulli attingūt
qdā ēt & eloq̄ntiæ studia: ac facilis i utroq; profectus: quo appa-

ret totius gētis igenia nō minus ad liberaliū artiū cultū capessē-
dū q̄ ad id qd curāt natura cōparata: medius ordo mercaturæ &
opificiis uacat: uulgus remigia explet: uictus oibus: magis niti-
dus quam sumptuosus parsimonia & lege & natura quæsita in
cæteris moderatur.

Liber tertius de suburbana regione.

Itus urbis: uia: tēpla: aræ: riui: Pontes: omniaq; ædificia
publica & priuata: & cum his ciuiū cultus & mores: sic
habent: nunc de suburbanis dicam locis: quæ narratio eo erit ut
spero iucundior quo & magis uaria maioreq; uetustate referta:
cæterum littoris natura rara alioquin uisu ac nescio an usq; alibi
terrarum mirabilius operata: grām afferet nō mediocrem: resi-
dua huic iſtituti operis lucubrationi: habet ut breuiter dicā: ue-
neta littorum ora quæ ab ostio padi maxime in aquilonem uer-
so: initium sumēs ad gradatas usq; aquas quæ aquileiæ i fluctu
præiacent littore plurifariā abrupto procurrit: marinos fluctus
in placidissimi stagni speciem conceptos. qui æstu pelagi in ua-
da adaeti: passimq; fluminibus occurrentes nouum quoddam
exhibent naturæ certamen: nunc terra sibi quicquid id est: nunc
aquis uendicantibus & quod magis adhuc mirari possis sedet i
terim amoenissimum littus perpetui certaminis: arbitrer: qn au-
ctor potius: hinc non uno anfractu maris æstum i stagna trans-
mittens inde admissio procul a se terram distinens: & ipsum to-
tum pene cultum: & ut itra se cætera colātur ab omni maris iniu-
ria suo obiectu defendit: quo fit ut alibi uineta: orti alibi: salinæ:
piscationes tēpla: turres: ædificia publica & priuata: Effusæ toto
stagno existant: Et quum aquæ omnia intra littus optineāt: im-
perat tamen aquis humanus cultus: sed quātumcūq; alternātis
naturæ id spatium est: quod obiectu littorum diximus his fini-

bus contineri longobardicis tēporibus: fuit priscis uenetis ex re-
gione quam longe lateq; in terra italia ad id tempus habuerant
reliquū: fuerant antiquæ uenetiaefines quod in historiis mōstra-
uimus abdua: alpes: padus: & adriaci littoris ora: aq; leiā usq; sed
barbaricis armis ex omni continētis ora ueneti depulsi ex foede-
re: hos ut dixi sunt fines sortiti: id totum suburbanæ regioni da-
mus cuius explicatio ut magis sit perspicua eā in .x. partes & qua-
si regiones diuidemus quas in fronte ipsa fluiuiorū ostia prescri-
bunt itra littus ad inter nos suos instagna exitus ipsi animū me-
atus dabit itaq; heridanus fluiuiorū ut poeta ait rex: institute nar-
rationi exordiū: is boreali suo ostio quū atthesi qui tridētinis mō-
tibus ortus ueronæq; infusus in adriam euoluitur: primam cōsta-
tuet regionem plinius eum padi fluiuiū carbonarias nominauit
fossas quas hodie fornaces dicunt: suspicari libet: aut antiquam
ostiorū rationem omnino mutatam aut liniun non oīa uidisse
quum nō padi sed atthesis ostiū recentes accolæ fossiones uocēt
extrema regionis ora iculta ut pote aburbe ad .cccc. ferme distās
stadia nec circa littus omnino palustris sed densa uirgulta solū
fructetaq; & arbores admodū raræ uestiunt: intra lauretū a litto-
re tria millia passuū uitalis phaledri principis opus ut plures an-
nales habent adrianorum clade insigne: adrienses his locis a ue-
netis ingenti prælio uicti opes & celebritatem omnem in perpe-
tuum amisere peruia præter oppidum ex atthesi in padum nauig-
atio extremo riuo secus. atthesim turris cognomēto noua sed
facie puetusta supra uaste paludes & in his antiquæ ædis uesti-
gia quæ diuo andrea fuit olim sacra nunc prophana omnia in-
de ad caput aggeris nihil memoria dignū sedet locus extrema
athesis ripa ubi fluiualis agger sumit initium ita ut hinc non ali-
unde nomē loco factū suspicari possis extrema regionis linea

a pado producta per paludes: a tergo in extremos oppidi fines
decurrit centum quadraginta stadia mari procul relicto: nullibi
regio latius patet: nobilior quæ sequitur fossionibus & brundu-
lo quem atthesis & bachilionis scissiones faciunt compressa in
cultū qua fossiones spectat littus eadēq; pene facies quæ & pri-
mæ regionis nihil ea parte memoria dignū præter georgii adē
athesinæ ripæ accubātē. palustriq; uastitatē iteriecta i eadē ripa
lazari phanū q̄ ex atthesi bebias rectis aq; nauigat sedet bebia-
na turris fluuiio q̄ postea ad brudukū emittit cōtigua: omnia su-
pra infraq; paludibus: modicisq; pascuis ifessa: hic nāq; atthesis
suarū aquarū ipatiēs se se in eas nō uno loco exonerat inde ba-
chilionis scissio: quam audio ab locorum accolis brentonē uoca-
ri: cuncta in undatione complent. locaq; obiter in accessa faciūt
roto hoc palustri ferme tractu qui longissime mari recedit præ-
ter bebianas molas infra atthesinarum corruationū & brētonis
confluentem sitas: nihil quod opus sit cognoscere reperio: cir-
ca littus qua clodiam spectat uineta passim & horti terram obti-
nēt proximū ueneti portū clodiaco bello genuēsibus interceptis
occussere his littoribus præcissimi illi duorū populorū conatus
pluribus hæere mēsis hostibus in apertum abire nolētibus:
terram uenetis & mare illis p̄tinaciter ihibētibus: sed illa i histo-
riis latius: sequit̄ regio humano cultu omnium de q̄bus dicere
orsi sumus memoratissima: brundulo & bachilionis estio inter-
iecta i hac clodia sita quærēte, me quandoq; a proximis locorū
accolis cōptū ne h̄rēt ūdæ brūdulū id ostiū diceret̄ negabāt se
haberi quid respōdere possēt: sed quū ex illis cognouissē brēto-
nē uocari p̄tē illā bacchiliōis q̄ atthesinis aq; cōgressa id ostiū fa-
ceret non absurda est uisa coniectatio. brundulum existimare a
recentioribus dictum quod ueteres brentulum dixissent nomē
a brētōe fluuiio ut māifeste appet ductū. sed id nō ita tradimus:



ut nō liberam aliis de ea re coniecturā relinquamus: in frōte por-
tui obuersa michaelis ædes atq; inibi turris uestigia quæ genuen-
si bello ueneris tormentis concussa repente cōcidit nec sine ho-
stium clade chinarius taurissimus auctor est petrum aurium cū
quo ligusticæ uires circa clodiam cōciderunt improuisa illa tur-
ris ruina oppressum: nec procul inde introrsum in stagno blasii
phanum nunc uestigia uix extāt: clodiaco bello ueneti hoc quo-
q; loco: iteruas liguri aquas uallo obstruxere adhibita nauium sta-
tione nullo circa clodiam loco magis utrinq; est laboratū. Quic-
quid soli iter mare & paludes a brundulo ad oppidum patet: mi-
ro hoium studio colitur olitorii orti iteriectis uiribus frugiferis
q; arboribus: longe lateq; insulam optinent: uliginosum solū ac-
colarum ingenio magis q; locorum natura ferax: foueis aggeri-
busq; arcet aquarum alluionem coeterum incredibilis ide uis om-
nium olerum: omniumq; hortensium herbarum uenetias cōue-
hitur: adeo ut in urbe rerum oium alioquin ob assidua negocia
opulentissima: nulla sit uberior annona. cassæ palustri calamo:
ac cementitiæ quædam sparsim: oibus prædijs uisunt: quæ ibi-
dem operatium arguunt sedulitatem: clodia undiq; iterius aq; s
alluit: auctores qdam eam ab athesianis & silicensibus qui hūni-
cis temporibus in stagna ex cōtinentis ora profugerāt cōditam
prodidere: quod i historiis aperte diximus: sed ueterum scripto-
rum plariq; qui tēpora illa pluribus ætatibus præcessere: fossæ
clodiæ meminerūt: bifariā olim eulta & circa littus quā paruam
noīauere clodiā ea genuensi bello intercidit: & hic ubi hodie urbs
duorum millium passuū circuitu sedet incolumis peruius utrin-
q; usus fuit pōte stadiorum quattuor aq; iposito cuius uestigia
nūc quoq; medijs uisunt aq; s: tam frequēs olim utrobiq; cultus
ut ierardus roseus publicus clodiensium scriba homo spectare

fidei q longissimos mecū de locorum rōne trahere solebat ser-
mones in municipalibus monumētis legisse se affirmaret utraq;
clodia censerī olim solita hoium omnis promiscue sexus & æta-
tis capita. xv. quum hodie. v. non amplius censeant ambeunt il-
lam undiq; canales: nauigabilisq; riuus mediā intercessat: ædes i
ea sacra. x. & in his uirginis una cum antistite & clero: Extra ad
meridiem francisci phanum post genuense bellum iſtauratum
& Io. baptistæ alterū stad. quattuor ab urbe: circa portū q auer-
sa parte est quem bacchilio annuis facit turris aquis icubās eam
lupæ ab initio noīatam certe cōstat: sed cām non reperio: multis
uelut canaliculis & quasi occultioribus semitis circūiecta oppi-
do nauigatur stagna: & in his salinæ iteriectæ: nec procul his me-
morabilis fossa illa quā paucissimis horis franciscus carrarius ir-
regeto opere ut clodiæ laborātibus subueniret ligustico bello ef-
fodit: stagna supra hæc loca late discurrūt creberrimis uallis (sic
n. spatia quædā harundineo uallo septa ueneti uocāt) ad pisca-
tiones quæ sita medio ferme tractu turris nasariola a proximis
nasarioli aquis: scinditur ut dixi circa conchas bacchilio qui su-
pra uincentiā ad gēnas uillas ortus perq; patauinū agrum lap-
sus: paludibus imergitur: inde post scissionem altera ex parte: in
athesim: miror plinium ex patauinis agris tantum fluere dixisse
ea pars quæ dextera athesim uersus abūt supra eam turrim iterū
scinditur in partes duas quarū hanc nasariolum uocant: illam
brentonem: his plane locis recentioris uenetiaæ fines maxime ac-
clinant: adeo ut nusq; fere suburbana regio minus pateat: pandi-
tur quarta regio a bacchilionis ostio ad medoace portū: oīa itra
littus aquæ sibi uēdicāt: nec præter uetuste ædis ruinas quæ sco-
pulo bacchilionis alueo propinquo circa portus uisunt (Diuo
marco faciā fuisse memorāt) & salinarū turrim quod unū clo-



diaco bello praesidium totis stagnis ueneto est retentum: nihil re-
latu dignum occurrit: est turris ipsa non multum infra bacchilionis in-
flexum qua regionis fines praecipue contrahi docuimus: littus ipsum
in stagna obuersum facies dico iterior passim humano splende-
scit cultu eiusque ratio clodiaco perquam similis: uicium plures ordine olim
oppida: philistina: nunc corrupto nomine pelestina uocant: duae ad-
huc sacrae aedes: & cum his paucissima aedificia: ipsa genuensi bel-
lo intercidit: oli frequenter habitata: & quo ueneti annuum mittere
magistratum solebant: Corregium: pastina: albiola quae & ipsa ligu-
sticis temporibus colli desit: haec loca prisca ueneti: e continetis ora
deiecti ab initio tenuere: ubi albiola fuit sola nunc aedes uisita atque
ea principi apostolorum sacra medoaci seu ut alii scribunt meduaci
portus a nostris mathemauci dicitur: huc licet medoacus fluat: adiu-
uat tamen agrum uim non mediocriter siochus ex patauino & ipse
agro stagnis infusus sed medoaco congressus ad littus nomen non per-
fert ex eo aestimare aequum est: factum est in patauinis finibus non igno-
bili oppido nomen: quod indoctum uulgus sacci plumbae noiant quum
siochi potius sit dicendum: Hic est portus ille quem uictor ligur post
clodiae expugnationem ualida classe insedit quem non multo post me-
tu ne a tergo circumueniret trepide reliquit: hoc quoque littus illud
unde aliquot ante aetatibus soluerat moles illa ueriusquam ratis gal-
licis armis instructa qua soluta: tanta insignis est ab hoste caedes accepta
ut proximis aequis quemadmodum suo dicitur loco nomen dederit oritur
medoatus ipse in alpibus ad decimum ferme lapidem a trideto
ignobili lacu plinius duos medoacos celebrat quorum hic edronem
cuius proxime memini faciat ille circa fossam clodiae: celebri por-
tu adriae infundat: hinc puto esse quod duplicem esse brentam recetiores
fecere nouam quidem: unam ueterem alteram & ab urbe magis auram sequitur
quae uerissime omnium quas diximus suburbana appellari potest quae

pe quae urbem ipsam aliqua ex parte contingat duo eam in ora portus
prescribunt: medoaci proxime regionis confinium: & quae uenetus dicitur: ue-
tustissimus. Medoaci alueus is uideatur mihi esse: quem hodie brentam
uocant: strabo auctor grauissimus: a mari inquit: (quum de pa-
tauio iterum loqueretur) sursum habet navigationem fluuium per palu-
des. cc. & L. a magno portu stadiis: portus ipse eodem quo fluui-
us nomine medoacus uocatur quibus uerbis nemo non apte intelligit me-
doacum eum esse quem hodie brentam uocant quo magis minor ausos
esse ex recetioribus quosdam fluuium ipsum: timaum appellare uirgi-
liano credo carmine adducti quo timaus patauio proximus ui-
detur significari: sed quemadmodum in libris de aquileia uetustate do-
cuimus: in carnorum ora ultra aquileiam scaret timauus sic. n. proxi-
mi accolae eius fontes appellat: sic aedes sacra fontibus propinqua
timauo cognominata est. c. plinius & in atinate inquit capite fluuius
mersus post. xx. millia passuum exit: Et in aquileiensi timauus nec de-
bet quempiam martialis carmine diuersum trahere quae euganeum uocat
timauum quando idem alibi eum aquileiae fecerit accolam: Et
tu laedo inquit foelix aquileia timauo: hoc credo fuit quod qui-
dam duplicem timauum celebrare sunt ausi: sed de patauino gra-
uem nullum habent auctorem praeter martialem qui ad uirgilia-
num carmen allusit. id si quis altius rimetur aliud quidam diuer-
sum a timauo demonstrari intelliget: sed de medoaco haecenus
qui proximo etiam oppido nomen dedit: prisca ueneti id condi-
dere ac tam frequenter olim cultum ut ducaria illic sedes quan-
doque fuerit: anno inde ab urbe condita circiter septingentesimo
incendio prius inde maris alluione intercidit: est nunc recens ali-
ud: nec multum loco distans: undique aequis & opere munitum: cum
annuo magistratu: & introrsum contra littus popilia ab his qui
post tradouici principis caedem ducarium occuparent: non quia

ipsi patricii auctores essent sed ultores potius uideri uoluissent
hi priusq̄ in æquum descenderet patricii dicunt' ut eā insulam acci-
perent icolendā: qdā annales habent relegationē eā fuisse nō pa-
trionem: desuit & ipsa genuensi bello habitari nūc præter ædem
unā sacram & mercenarium tugurium omni alioquin cultu de-
serta est: hæc cōtra medoacū a tergo aut leonardi phanum por-
tui propinquū respiciunt canalē orphanū sic a memorabili gal-
lorum cæde ut credere par est noiatum mediū amplectunt' mox
eodem quo medoacum littore almi spiritus ædes: cōuentus fre-
quens: perspicuus & pene recens apparatus: religio igens: sed
quātam initiatorū uita: q̄ pia hospitalitas etiā num maiorē faci-
at: pari pene spatio clæmens: petri gatilosi opus: & ara & piū ho-
spitium aræ contiguū: a tergo in ora lazaretum uetus: in speciē
parui oppidi cōmunitam huc ab initio qui pestilentia in urbe læ-
guere o cepissent ad contagia tollenda deferri consueuere: nūc
altero ad hunc usum publice quæsito: nō nisi morbo defūctico
deferuntur: quos utiq; placuit nō prius urbem ingredi q̄ nō mor-
bi tantū sed cœli quoq; grauioris omnem excussam arbitraren-
tur offensam: multa in orbem utrobq; cubicula: supellex: & quæ
in tali discrimine desiderari possunt publice parata: quo præsi-
dio ciuitas pestilentibus annis supra q̄ dici possit leuatum conta-
gione: inibi lazari phanum: discretoq; cœnobio elephāticorum
cætus: suburbanus portus regionis confinium & in oscio gemi-
næ turres utrinq; aquis icubantes: tam hæc q̄ illa præsidio tenen-
tur: lumina inde noctu nautarum cursum ex alto dirigunt: itror-
sum: citeriore ripa nicolai cognomento littorei ædes: eam domi-
nus contarenius princeps statuisse dī conuentus multa religio-
ne: uisuntur adhuc his locis uestigia muri clodiensi bello ad su-
bitos hostium icursus arcendos mira ut in historiis tradidimus

ecleritate cōfecti: ide ad georgii arā quæ cōtra comitiū sita ē: ni-
hil circa alueū relatu dignū eius loci in urbanarū rerū relatione
meminimus. a georgio ad grarū arā retro aquæ ad duo stadia
nauigant': ara uirgini sacra ē: cōuentus & religio multa: edificio-
rū apparatus igēs hortiq; amoenissimi circūiecti: hinc præter iu-
daicā nauigātibus angeli sese offert uirginiū & ipsum cōtarenī
iā dicti opus: pari inde iter capedine: georgii cognomēto al'gani
solēnis cōuentus: auctor loci & religionis petrus iustinianus post
alganū: officina leuca qua graui machina cim bæ ex stagno ī me-
doacū seu brētā transfuehunt': ad leuā supra amnis deflexū locis
minus stagno obnoxius hilarū turris: nec procul ide curanella
& in finibus supra ignobilē cōfluētē quæ curania dī: ubi cū pa-
tauinis ob finiuū ambiguitatē est q̄doq; armis disceptatū: & hæc
de q̄nta regione: sex tā quæ urbi aduersa pte cōtigua ē: suburba-
nus portus quē uetus medoaci fluius effecit & silis ostia conti-
nēt ostia ipsa trinos portus uulgo noiant: nulla regio icolatu fre-
quētior: & ut ab littore (qd̄ in cæteris referēdis: adhuc fecimus su-
ma' exordiū: Geminarū turriū altera pena īfrōte tollit': de eius
usu in proxima regiōe: tota ora colit': medioq; fere tractu heraf-
mi portus ignobilis: ac eitra ultraq; raræ prædiis ipsis casæ iterie
cæ: itra a littore lazaretū nouū: usus tristis sed frōs loci lætissi-
ma: oīa hic maiore sūptu q̄ ī ueteri illo cōparata iterior & magis
alueo propinq; andræ phanū: certosinus cōuentus nescias maior
ne sit loci religio an amoēitas uisit' hic ursati iustiniāi ex pio mar-
moī sepulchrū affabī cælatū: tēplū ab imo hodie īstauratus: no-
biliarū lapidū appat' pene icredibi: subiecta ē oculis nup mihi &
ātonio chromio scribæ tāta inibi eiusmōi lapidū copia ī præsetē
usum quæsitā ut uix dimidiū italie tātū dē hīe crederet' & quod
magis oīno miret' aliq; uariis in illis & numerosus color laco-

nici hic lapidis emulus ille sinadici ait thasii alii numadicum alii angusteu imitantur nonnulli et ophite & alia plerumque genera a ueteribus longe celebrata & ne exoticam materiam arbitretur quod quod indigeas lapides eos esse constitit circaque alpes qua illae in italia resupinantur temere a locorum incolis recentissime reptos quo subiit aium potuisse romanos ueteres ex proximo sibi quere si oia uidisset: quae laborio se aliogn quae procul italia ab eis in ornata urbe fuerit acerbita sed sunt illi fortasse mole & in pegrino lapide secuti: quae alpes: ex iis quae uidimus coniectare potui praestare nequerunt uicinior aliquo urbi helena & ipsa suo conuentu celebris: christophori phanum urbi uicinissimum quippe quod ad quingentos nec amplius passus ab urbe distet. tantum de ad michaelen murianum: is festa fronte praeteruectos excipit: utrobique frequens conuentus: murianum ide: uicus sed quae edificiorum magnificentia & amplitudine urbs procul spectantibus appeat. longitudine ad mille passus patet: uitrariis officinis praecipuae illustrat: praclarum iuentum prius ostendit uitrum posse cristalli candorem metiri mox ut procacia sunt hominum ingenia: & ad aliquid iuentis addendum: non inerta in mille uarios colores innumerasque formas coeperunt materiam inflectere hic calices: phialae: cathartici: lebetes: cadi: candelabra: ois generis alia cornua: segmenta monilia: hic oes humane deliciae: hic quicquid potest mortaliu oculos oblectare: & quod uix uita ausa esset sperare nullum est pretiosum lapidis genus: quod non sit uitraria industria imitata suaue hois & naturae certamen quod quod & muria hic tibi uasa sunt: nisi profectu sit praetium: age uero cui prius uenit imentem breui pila includere oia florum genera quibus uernantia uestiuntur prata: atque oium gentium haec oculis maritima subiecere negocia: ut quae nemo aliogn credibilia putasset: iam nimio usu uilescere ocepint: nec in una domo aut familia nouitium haesit iuentum magna ex parte uicus huiusmodi feruet officinis: aedes in eo sacrae duodecim: & in his plebanicae duae: duo uirginia: conuentusque frequens unus: altino profugi locum codi-

derem persuasum: uulgo est quod quod est annales habet a portarum nominibus quae altini fuisset murianum & alia illi circuecta loca mox ordine referenda nomen accepisse: hic soluētibus intra mille passus iacobus phanum cognomēto palustris celebri conuentu occurrit: atque de inde medio stagno alterum cariosa facie oli nicolao sacrum: propheta nū hodie oīque cultu desertum: maiorium quatuor & .xx. a muriano stadia: & ut paribus auspiciis conditum ita longitudine & forma pene pari: aedes in eo sacrae septem: buranum ad quingentos passus dextrum se offert in carnorum ora nauigantibus quattuor hic templa: & ex his plebanicum unum: celebri conuentu alterum: sed torcellum quod medium ab his quae in carnos tendunt cursu eremigat longe oium celeberrimum: & .n. praeterquam quod magnitudine sua nulli est: eorum quae diximus post habendum: pontificiam est unum habet sedem: per paulum altinatē pontificem eo translata quo ferme tempore cum ois sacrorum cerimonia medoacum patavinus migravit antistes: sedis utrobique figenda seuerinus romanus pontifex factus est auctor constat primarium torcelli uicum a constantio heraclii imperatoris filio quae ubi locus frequentius habitari coepisset eo forte apulisset constantiacum appellatum post pontificiam aede: quaeque alia ibi sacra & his cum uirginio una: supra haec loca ad continētis ora late fundit stagnum: suntque circa flumina & riuorum ora in stagnum rupetia loca insignia conuerso ordine: dicenda ciconia tessara: seueri phanum martini phanum: cognomēto stratēsis margaria uicus: iuliani phanum & in stagno secundi phanum cum uirginio urbi ad octo stadia proximum: regioque oium suburbanarum nobilissima sic habet: septimam praescribit trini portus & planis flumis ostium miror tam celebris hodie fluminis nomen apud ueteres auctores nusquam quod sciam celebrari nisi hunc suspicari liceat eum esse quem plinius Anaxum in uenetis appellat quaequam idem auctor eum circa aquilaeiam statuit: Quod presentis opinionem repugnat: sed quocumque est no-

mine uocandus alpibus ortur mediusq; inter feltrum bellunū
q; lapsus: norticofo gurgite per confragofas ualles agitur nec
prius mitescit q̄ in aptos euasit cāpos q̄q̄ sic quoq; citatiore cur-
su iter trinos portus & liquētiā ad mare deferē: in ora regiōis ac-
colarū domicilia p̄ q̄ pauca: atq; idē fere cultus q̄ & aliarū sed ea
potissimū pte qua trinos portus spectat: itra uero circa silis alue-
um adriani uirginiū: cōtra torcellū sitū: mox circa riuū quē ma-
iorē accolæ appellāt uetusta turris cū tēplo magna ex pte diruto
oia circūiecta loca situ & domorū ruinis squalēt manifesto ar-
gumēto. frequētissimi olim cultus. sed gallicis pānonicisq; tēpo-
ribus priscis uenetis idē bellorū iniuria depulsis loca icoli desu-
se hac quoq; pte stagna late regionē optinent pascuis aliqua ex
pte interiectis a turri cuius proximæ meminimus fossa stadiorū
.xl. humano ope ad planē usq; citro ultroq; frequēs nauigat: &
in fluminis ripa turris quæ caliginis nūcupat & pauca circa illā
ædificia hinc secūdo alueo in octauā traiciūt regionem. Eā duo
grādia flumina planis & liquētia amplectunt orit̄ liquētia ī car-
norū finibus haud lōge a pulcinico tribus uberrimis fontibus q̄
ut ī carnorū chorographia scripsimus ex bellunēsi agro subter-
raneo meatu fluere credunt̄ sed locorū accolæ q̄bus id psuasū
ē argumēto nullo euidētiori id probāt. Hæc regio ut minus aq̄s
īfessa eo humano cultui habilior. sed sic quoq; parū læta occur-
rit frōte præter rara in littore domicilia cætera solitudinis plene
prata paludesq; uastæ obiacent littori: nec solū ipsū ullis uestit̄
arboribus qd̄ ipsū adhuc magis īsigne facit dēsissimum nemus
mari medio regiōis tractu accubās uel ex alto hadriā nauigāti-
bus cōspicuum galeolā a triremis forma uocāt iterius aquæ a
flumine ad flumen nauigantur canalis duorum sibi occurren-
tium lemborum capax: in fronte circa flumen meritorium ho-
spitiū: in cuius conspectu ruinae īgentes & grādia ædificiorū ue-

stigia quæ a uepriū & hederarū cōplexu se se māgis suā magni-
tudie q̄ hūano auxilio adhuc iudicāt iesulū nūc uocāt sed æq̄-
liū oli circa illa loca fuit ab his q̄ lōgobardicis t̄pibus ī heraclia ī
ob nimia frequētiā recipi nequere cōditū: & ipsū priscorū uene-
torū opus: opitergio a rothari lōgobardorū rege euerso popula-
riter inde cū magno antistite in stagna ē cōcessū ibiq; ī heraclii
imperatoris gratiā urbē q̄ condiderant heraclia nominarūt: un-
de profuga multitudo eodē tēpore exclusa æqliū ædificare co-
acta est: utriq; gallico tumultu quū ea quoq; pte uenete opes ab
hoste premerent̄ in riuū altū & medoacū est migratū: sic utra-
q; ciuitas desolata: scio ego heraclia quādoq; instaurari cōtigis-
se ac mutato nomine nouā ciuitatē nuncupatā sed hodie ne ue-
stigia quidē ulla præterq; sacre unius ædis extāt: cætera nauiga-
tio ob lōga fossa prius humano ope facta: mox spaciofo alueo:
largonē a rei argumēto uocāt: habet ea nauigatio stadia supra
cētū. xl. in tāta locorū uastitate: culicina turris largoni incubat:
& in liquētiæ ripa meritorium hospitiū: & uix parua ædes. mar-
garite sacra. nonā regionē liquētiæ & limenis ostia cōstituunt:
orit̄ quādo de liquētia abunde diximus & ipse limen. in carno-
rū ora: mox mediū portū gruariū intersecans cui loco nomen
etiā dedisse uideri potest: cōcordiāq; prestingēs: circa capulas
mari īfūdit̄: præter piscatorias casas secus mare nihil memoria
dignū & ī liquētiæ flexu a brianū hospitiū: mox stagna paludi-
bus interiecta capulas usq; eā urbē concordia profugi condide-
re sub id tēpus quo atyla hunnorū rex a gleiā euertit procedēte
de idē tēpore subita barbarorū manus ex illyrico profecta foede
populata est: tradonici p̄cipatu: hodie īfrequētissime colit̄ re-
stat tamē p̄tificia ædes cū clæro: uisunt̄ passim circūiectis sta-
gnis ueterum ædificiorū uestigia: perspiciū ueteris fortunæ ar-
gumētū. & ad limenis ī stagna exitū meritoriū hospitiū: sed id

ad decimā regionē attinet quæ recētioris uenetiæ nouissima fuit
eam limeniā dictus & gradus insula (ali gradatas uocāt aquas cō
stituūt: sed in hac referēda nō portuū nō fluuiorum qui utiq;
nō pauci sūt numero sed dicēdarū rerū ratio habēda quū nu
dum littus nil habeat præter rara piscatorū domicilia itraq; pa
ludes aut pasua modicis interiecta canalibus: quibus iteruæ fre
quētant aquæ portus igit & ostia in hūc modū habent: post li
menis ostiū: ligunana portus siue basiliquæ tiliauenti ostiū: plini
us duplex tiliauentū nominat: sed unum agnoscit qui i alpibus
orit ut in carnorū corographia scripsimus maurū mōtē uocāt
in quo fōte habet: post tiliauenti ostiū lignani portus nobilissi
mus quē stela fluuius efficit oritur is in carnorū cāpis magna
q; ex parte palustriū aquarū corruationibus conflāt: alsæ. flu
ostiū: amphoræ ostiū. natissæ ostiū: q; aquileiam itersecat. plini
us natissōnē uocat: sed natissō in eodē terræ tractu ut i uetusta
te aquileiæ ostēdimus diuersus agnoscit: gradus regionis cōfi
niū eā aquileia. hannicis armis ciecti tenuere: quo omnis sacro
rū pōpa cū patriachica migravit sede: ea res grauium discordia
rum materia iter utriusq; eccelsiæ antistites extitit: sed gradēsis
illa procedēte tempore uenetiæ ē trāslata fortuna loci uariis ca
sibus cōcussa utpote aquiliēsi ecclesiæ unde fluxerat iuisa: & ob
uicinitatē magis iūriæ ob noxia nec uicia ide arma tātū: sed &
barbara sepius ueneti arcuere uerū nos nō ad hec scribēdā ueni
mus colit hodie pro ueteri fortuna oīno ifrequēter superest reli
gio ad huc aliqua: ob ædē in ea uirgini sacrā: his oli finibus se te
nuit uenetorū fortuna hūnicis longobardicisq; armis ex ea ter
ra quā bellica uirtute prisca ueneti suā multis ante ætatibus fece
rāt: depulsa: cuius oræ ut magis pspicue pateat mensura: opere
preiū est cognoscere quātū inter se distent ipsa fluuiorū ostia:

atq; retro litore remēso a graditu aqs ad natissæ ostiū stadia. xl
ad lignā portū. clx. ad tiliauenti ostiū. xl. ad basiliquas plus du
plo: ad limenis ostiū. xl. at liquētiæ ostiū tātū dē: ad plauim quat
tuor & quadraginta supra centū: ad trinos portus. c. quattuor: i
de ad uenetum portum. xl. ad medio aci portum sex & nonagi
ta: ad clodie portum. cxx. inde brundulū duo & xxx. ad fossio
nes sex & quinquaginta hinc ad primū padi ostium alterū oræ
confiniū tantundē: quæ ratio colligit ad mille & quinquaginta
octo stadia quæ siqs ad passuū numerū redigat centū triginta
milia passuū & amplius deliquid omnē suburbanā orā patere
cōstabit: quo magis miror blundū forlinēsem in sua italia a lau
reto gradū octogita nec amplius milia passuum collegisse: sed
nos hæc ab iis q; quotidie citro ultroq; orā ipsam nauigāt diligē
ter explorata tradimus: amplitudo uaria: infrōte circa padū &
caput aggeris qua longissime a mari fines recedunt: ad centum
quadraginta patet stadia inde paulatim se coarctans ad cōclias
& bachilionis inflexū linea acclinat: scandit inde rursus pari pe
ne fastigio supra curaniā turrim: sic toto tractu gaudet ampli
tudinē uariaræ: hæc foelix illa ora i qua romano iclinante iperio
suū ultro fortuna cōdidit caput: quæ hodie terra mariq; oibus
gētibus frequenti cultu celebrat cuius iperū modicis ut cætera
picipiis ortū ab abdua i pāphiliū & siriū usq; mare ē hodie pro
pagatū: eoq; melioribus usa fatis qd libertas in qua urbs nata ē
semp gēti icolumis māsit ppetuoq; duratura: si res humanæ hæ
essent: quæ hoium cōsiliis ppetuo stare possent. siquidē nullus
unq; populus quod bona aliorum uenia sit dictū sanctioribus
uixit institutis: nulli gentiū sic iura æquata: Accedit ad hæc re
gionis situs q; is ē ut neq; maris sit fluctibus obnoxius: unde ma
ior aliqs timeri possit i cursus neq; ullis terrarū conatibus: sed

incerta locorum natura & quasi diuina quadam prouidentia in
ter duo elementa suspensa quorū neutri fas sit eam sibi ex toto
uendicare: quæ alternantis naturæ ratio & coelum ipsum salu-
brius efficit & accolarum oia ab omni humana tuetur iniuria:

Finis: laus deo.



M. ANTONIVS SABELLICVS MAGNIFICO VI
RO. A. CORNARIO PHILOSOPHIE STVDII SEMI
NENTISSIMO VICENTIE PRAETORI.

.S.

Rasagiū fuit illud credo uir clarissime quod septimo
ab hinc āno ex ueteri carnorum ora uenetas appulsus
librum de praetoris officio proxima apud me foetura natum ti
bi in primis cognoscēdū tradidi. accepisti tu quidem uenam li
brum per humane ut soles amplitudinemq; tui noīs & splendo
rem formidantē crepundiis etiā adhibitis moliter per tractasti:
tum uero lineamenta corporis nō aspernatus cætera si recte me
mini probare perseuerasti: unū ni fallor in eo uisus es mihi desi
derare: ut quādo membra locorū fortassis natura nō nihil rema
cruissent, plusculum haberēt aliquid & carnis & sanguinis: tuo
itaq; sapientissimo iudicio non aliter q̄ celesti quodam oraculo:
cæpi mecū continuo considerare qua potissimū ratione ea re
sarciri posset calamitas: cōstititq; duobus in primis opus esse tē
pore & diligentia. quorum neutrū sine altero id satis præstare
posset: fuit itaq; ille diu in tenebris eratq; ad huc diutius futu
rus: nisi ultro p̄ hos dies forte bibliothecam recognoscēti squali
da bone deus sed sic quoq; haud in amabili se mihi fronte ob
tulisset: cum ego nō nihil intuitus quia non adeo multa me in
illo offenderāt quasi ex durissimo ergastulo in catastam tradu
xi: ubi uel natura uel mangonica potius industria ita breui pro
fecit ut dignus non multo post sit mihi uisus quē libertate do
narē: sed quum iam manumissus liberaliq; cultu esset in mediū
processurus non uidebā cui honestius tutiusq; destinari posset
q̄ tibi uir clarissime per quē ornari melioremq; fieri cōtigisset:
sed duriuscule fortasse ad huc tecū egimus. translatione magis

longaq; necessaria usi nunc omnē illud magis q̄ consilium fuis
se dicam: quod nostra hæc lucubratio ad te primum sit delata:
cuius erat noīe aliquando in apertū referēda: quæ si tibi cultior
pleniorq; q̄ antea uidebitur tuæ auctoritati ascribito: illud uero
a tua amplitudine studiosissime cōtendo: ne eo consilio existi
mes hæc a nobis præcepta tibi missa: quod te illis aliquo modo
indigere arbitraremur: essem ego uere stultus si uiro in philoso
phia studiis eminentissimo: quippe qui ueneta academiā mul
ta noīs celebritate plures annos rexit. ciuili administrationis
præcepta proponere auderem: quin id potius feci ut quū hæc
legeris sentiesq; istam administrationis formā tuo sapientissi
mo consilio institutam: his quæ breuiore hoc libello continent
ex omni parte respondere: uberiorem tuorū studiorum uolu
ptatem percipias: simul ut & alii qui nō ita saperēt. si quādoq; i
hanc forte lectionem inciderit per te haberent quibus in prato
rio munere obeundo præceptis uterentur reliquum est: ut uicenti
nos meos quod cōstati omnium prædicatione facis q̄ cōmenda
tissimos habeas: eaq; animi prudentia & moderatione tractes:
quæ tua sit sapientia & māsuétude maxime: digna. ex oibus
tuis officiis immo beneficiis potius quæ & multa & magna in
me contulisti erit illud certe mihi longe gratissimum: Vale:



MARCI ANTONII SABELLICI DE PRAETORIS OFFICIO LIBELLVS

DE PRAETORII MVNERIS ORIGINE

Ratoris maiestas & amplitudo quāta ab initio fuerit non solum nomen: quod ex eo: ut uarro tradidit est factum: quia iure: & exercitui is magistratus praeret. sed lucii quoque carmen testatur: ergo inquit praetorum est praere. ceterum ipsa originis ratio ueterem arguit muneris huius dignitatem uulgato namque consulari honore: quem .ro: plebes p summam contentionem optimatum factioni extorserat: senatus contra miro studio adnixus optinuit: ut unicus magistratus ex suo ordine crearetur: penes quem & publici et priuati iuris esset potestas: huic curulis sella data: trabea caeteraque fere ornamenta: quibus consularis dignitas instrueretur. numerus fascium diminutus ut sex lictores illum non duodecim ut consules praerent: quod a emilio paulo iberiam ex praetura sortito publico decreto duodecim datos scribat plutarchus: pompeius festus praetores eosdem oli fuisse suspicatur: qui & consules fuere: liuius quoque haud obscure demonstrat eosque publicos oli diuulgaret exercitus una a maioribus praetores appellatos quo factum sit ut & praetorium impatoris tabernaculum sit dictum. & cohors praetoria: & castrensis porta: ac non nulla huiusmodi alia hinc non aliunde nomen sint sortita.

De praetorii muneris incrementis

Enim quia ab initio inter ciues ius tantum dicere sit solitus: iccirco urbanus dictus est: procedente uero tempore cum peregrinorum multitudo ingens petendi iuris causa in urbem afflueret: neque praetor unus causarum turbae par esse uideretur: alter ab eo praetor creatus est: qui ab ipsa dicendi iuris ratione peregrinus est nominatus: superante demum multitudine eo usque eorum

numerus est auctus: ut duo de uiginti quandoque suis se tradantur: & enim sicilia sardinia & hispania prouinciis factis totidem ferme: quot prouinciae essent creati cepti sunt. cornelius sylia quatuor numero adiecit: per quos de sicariis & paricidiis questio haberetur. c. caesar duos: qui rei frumentariae praessent augustus & claudius princeps numerum uariasse dicuntur hec & pleraque alia ii qui de urbis magistratibus scripsere ut praesse ita non iscite tradiderunt: liuius auctor grauissimus tantum praetorum numerum nullo quod sciam) loco retulit nec plures apud illum fere creati solitos reperio quam prouinciarum numerus postularet duobus duntaxat numero adiectis quorum hic urbanam iuris dictionem: ille peregrina haberet: sed inter omnes constat tam eos qui romae subsedissent quam qui prouincias essent sortiti dicendi iuris ab initio potestatem habuisse si quidem qui foris re. pu. administrabant aut per se aut quod saepe euenisse crediderim si maiore aliqua belli cura occupati fuissent id munus per legatos obire consueuerunt: scio ego eos qui hoc munere postea facti sint a non nullis non praetores sed praesides uocatos: nos uero licet haec quae breuiter tradituri sumus ad omnes. qui ius ubique dicant aequae attinere sciamus: rationem tamen loci in quo haec scribimus secuti de praetoris officio libellum inscribendum duximus: sed iam ad praecpta transeamus deque ipsius magistratus electione quae id liberi populi aut principis sit officium primo loco differamus

DE ELECTIONE PRAETORIS

Vi magistratus huius electionem habituri sunt si prouintiae & ei: quem eligunt: Consultum uolunt utriusque .n. uelle debent: si item reipublice cuius imprimis ratio habenda est: ingenium & aetatem in competitoribus spectabunt. nam qui Diuitias et nobilitatem sequuntur: superbiam & auaritia comi-

tes futuro prætori destinant: siquidem nunquam satis expletur habendi sitis: sed ita sane euenit ut quanto plura quæ habeat eo maiore habendi ut satyrus ait laboret cupiditate: quod ipsum non solum prouinciæ: sed reipublicæ quoque perniciosum esse consuevit. M. crassi exitus id olim declarauit est præterea quæ non uidetur in stulto et insolenti ingenio domestica nobilitas nisi aliud quam intolerabilis superbiæ materia: qua nihil in iis: qui rem publicam gerunt esse potest odiosius: uerum non ita hæc dicimus: ut tutius obscuro loco natis quam nobilibus prouinciam comitti existimemus: quo nihil dici posset ineptius sed si alterum in suffragiis secuturi simus ignobilem uirtutem citius probemus: quam furiosam nobilitatem: magis continentem paupertatem quam rapacissimas diuitias nemo alioquin: non plane uidet domesticum splendorem: preciosamque suppellectilem ad magistratus estimationem augendam haud mediocriter spectare redeo nunc ad ea quæ in primis in ipsa electione aduertenda duximus: si igitur pacata erit prouincia: quia totum ferme prætoris officium in iuris dictione atque forensi umbra uersabitur iure prudentem & moderatum ferocissimo cuique prætuleris seuerum & grauem: uiolento: ac pertinaci: gaudet prætoris comitate forum non minus quam martio uigore militia nulla est uirtus: quæ magis ualeat ad conciliandam forensis turbæ auram. quam prætoris comitas: Comitas dico quæ non omnino grauitate careat: ætas quoque diligenter spectanda est: Vt. N. iuuentæ temeritas ita senii perpetua est comes prudentia: Sed ne hoc ipsum quoque ita asserimus: ut omnino negemus posse fieri ut aliquis sit idem senex & stultus: Contra iuuenis & prudens: Verum cum uero aliquid uidisse putandum est illosque rites quibus lege cautum est ne ante certum tempus consulatus

aliud ue imperium cuiquam demandaretur: certe aliquid censebant esse oportere in eo: qui rei publice præsit: Quod res nulla præter ætatem ipsam præstare possit: Sed res ipsa non ita semper habet: haud enim minus natura interdum ipsa hominis peccat quam ætas. M. marcellus quum iam sexagenarius esset ultra modum pugnandi cupiditate laborasse dicitur. quippe cuius colloquia: studium consilia atque ipsa nocturna ut plutarchus tradidit in somnia eo spectarent ut iusta acie cum hoste confligere liceret quod iuuenile studium ut in homine parum ob ingrauescentem ætatem ad pugnam idoneo temeritatis uicio caruisse nemo quidem dixerit. sed ultima eius expeditio id facile declarauit quæ non illi solum sed collegæ quoque ipsius pernitiosa fuit quamquam rerum gestarum gloria id uitium in eo homine merito celauit quod in M. crasso. cuius paulo ante mentionem feci & C. flaminio qui rem publicam ad trasimenum præcipitauit euenire non potuit. Contra scipio ille qui maior africanus est cognominatus quum per ætate adhuc non liceret. rempu. capere Hispaniam tamen extra sortem adeptus eo consilio prudentia & maturitate prouinciam administrauit ut breui tempore carthaginenses quattuor eorum imperatoribus quattuorque exercitibus suis fugatisque ex utriusque hispanie possessione deiecerit huius ad huc pene adolescentis est uox illa notissima male se ciuem unum seruare quam mille hostes perdere. non immerito igitur eius indolem miratus hasdrubal suspicatus dicitur quantum periculi non patriæ solum sed uniuersæ quoque aphyricæ ab eo uirto immineret uerum hæc eo tēdunt ut neque semper hæc ætatem temeritatis dāemus neque illam omnino absoluamus habebunt itaque horum quæ diximus rationem qui magistratum aut suffragio aut priua

potestate creaturi sunt: et ut rem omnem breuiter colligam pleno erit functus officio: qui quantum in se fuerit dabit operam ut huic prouincia demādetur: qui huiusmodi uirtutibus sit praeditus quae ad id munus obeundū maxime uidebuntur necessariae: gratiam omnino abesse uolumus: quae: ut in omni publico negotio periculosa est: ita in hoc periculosissima: sed iam de primo ipsius praetoris officio dicamus:

DE PROVINCIAE OPTATIONE

Ratoris designatōne uulgata: is qui populi senatus uel aut principis beneficio prouinciā adeptus est: si prudentis uiri officio uti uolet haud continuo purpuram ut sic loquar & fasces arripit: oblatam dico dignitatē non temere adibit: sed quum iis unde honor oblatus est gratias egerit: postulat sibi tempus dari ad deliberandum: sit nec ne prouinciā aditurus: quod si e re publica suaque esse cognouerit id facere: paratum se esse dicat eorum uti beneficio. iterū uero secum reputet quantum oneris sibi ex futura prouinciā administratione emineat: cōsideretque diligenter terrae situm: graui ne sit caelo an salubri cōsideret mores & ingenia incolarum: quae interdū magis noxia sunt quā caelum quae si nesciat ex aliquo interim quae eorum non ignarus sit discere curabit: cōsideret terrae statū pacatus ne sit an bello obnoxius: sed haec his praecipiantur: quorum magis interest quā reipublice prouinciā capessere: cum itaque haec omnia diligenter secum prospexerit: tum se ipsum metiri incipiat ingenium: mores doctrinā: corporis firmitatem ac si se parem futuro muneri cognouerit atque talem ut quantum hominis prudentia praestari possit. pulchre sit prouinciā obiturus: quando non solum nobis nati sumus ut praclare a platone scribitur: sed patria ipsa nostri ortus partē sibi uēdicat partem amici: rectius is (quis nō uidet) in

luce hominum atque in ea humanae uitae parte uersabitur in qua multis utilis esse possit: sibique & suis splendorem comparare quā publica cura solutus in priuato ocio senescere: praclare quidem id fecerit: Sed illud quod dicam adhuc praclarior: Si se oblato munere nō idoneam senserit. Nā qui melius se uno cognoscere id possit est nemo delatam sibi dignitatem repudiabit excusabitque interim aliquid qua propter appareat magis non potuisse: Alieno uti beneficio quā noluisse ueneti ut prudentissimi ingerenda re publica: ita in illa ad eunda uerecūdisimi hunc morem publice priuatimque in iis seruare solent: quod quod parum. Ciuilitate contraque morem patrium facere putarent quae in huiusmodi deliberationem nō certum sibi tempus depoposcerit. Cōsulet itaque nō sibi solum: sed rei publice quoque atque illorum et aestimationi per quos electio facta est: nō. N. dānare uidebitur alienum de se iudicium) qui uentum hunc morem diligenter seruauerit. Est. N. ut uerecūdiā plenus ita & necessarius.

De delectu praetoriae familiae.

Igitur prouinciā receperit: illud omnium primū curabit designatus praetor: ut eorum: quos ex praetoria ut dicitur cohorde. esse uolet mores & uitā diligenter teneat: nec quēquā (si fieri potest) sibi comitē destinet: quae nō sit idem & notissimus: sitque talis quae neque quaestus ullus neque priuatū comodum ab officio possit auertere: cui ob spectatā fidem negocia: & multa & magna tuto committi quāt: uelle ego oēs si fieri possit inocētissimos esse si minus ab his quorum opa in administranda prouincia praetor usus est peccandi uoluntas: ut absit omnino oportere dixerim. sint dico ita instituti ut si per occasionem delinquere possint nolint possunt oculi frons: uerba nos fallere longa cōsuetudo uix potest: sint itaque multa prius familiaritate noti: quibus dignitatem suā comiserit praetor

uerum quia nemo est ut uulgo dicitur: quod omnino uicio careat: satis eos probos duxerit quos neque supbia neque auaritia laborare senserit: quarum altera humanitati: Altera abstinentiae inimica est: Necessitudo & gratia in hoc quoque parum ualere debebunt: ille his necessitudinibus longe alios anteire putetur qui sua prudentia humanitate & innocetia praetoria dignitate maxime augere poterit.

De praetoriae familiae cultu.

Erspiciet mores suorum ut diximus praetor: sed nec cultum ipsum omnino neglexerit: quod non tam superbus & sumptuosus quam nitidus & decens esse debet: & breui talis: quod magis gratiam conciliet quam inuidiam: hoc quoque de domestica suppellectile praecipendum puto nemo amat: quae in alios suspicit & miratur ut ignis. N. semper summa petit inuidia: quae si quid eiusmodi est: ut inuidia carere possit. Nam non omnino negauerim aliquid esse: quod in alio miremur & amemus luxuriam tamen uni famulante nullus unquam ualde amare potuit.

De comitatus moderatione.

Vnum ita omnia diligenter prouiderit atque in prouinciam proficisci parat: non imprudenter fecerit: si ex cognatis & necessariis: qui officii gratia eum sequi uolent. aut nullum: aut quam paucissimos secum ire permiserit: ne immodicus ille comitatus sit grauis iis: qui uenientem in prouinciam praetorem. aut publico aut priuato sumptu excipere consueuerunt: in hoc quoque uenietorum modestia satis quidem spectata est: quippe qui imo aut altero ad summum ex omni necessariorum numero admissio coeterum his contenti: quorum ministerio prouinciam administrare constituerunt minime graue suum accessum cuiquam esse patiuntur.

De praetoris officio in prima congratulatione.

Dita uero prouincia: quia primores ciuitatum & omnes fere

quin lucra hominum uersantur studiose uenienti illi se obuiam effundunt tum primo congressu inter ipsas congratulationes quam maxime poterit uultu: uerbis: gestu: circumfusam rurbam in arripitem comitatus suae ac saueritatis opinionem adducet: habeant ab initio: quod simul amene in eo & reuerentur. ubi uero progredi urbem uersus caeperit atque aliquis ut assolet ex principibus. Ciuitatis proximus adequitauerit non grauabitur imo pro negotio non paruo habebit: eum ad se uocare: quem si aut phama prius aut ipso alloquio (Nam ut aera tinnitu ita homines sermone noscuntur) prudentem rerumque humanarum non imperitum nouerit: tum ex illo perspicie mutui sermonis non pauca de ratione & statu prouinciae: deque ciuitatis moribus intelliget quod ipsum si ad futuram administrationem non multum conferet: haud quidem aliquid non prodesse poterit.

De prima concione praetoris.

Ed quum urbem ingressus fuerit: atque in praetorio siue in foro pro concione steterit: sceptrum: & reliqua dignitatis insignia sumpturus non ab re fuerit de modo suae futurae administrationis aliquid diserere quo aetate: quo consilio: qua denique ratione sit prouinciam administraturus: seque nil antiquus habiturum quam ut patrius mos: leges: instituta: atque omnia seruentur quibus prouinciae & ciuitatum regimen & moderatio ad eam diem steterit: recte iudicata: prudenter decreta: ac caetera sancta dictaque optimi cuiusque uel eorum imprimis quos ipsis prouincialibus quam charissimos fuisse senserit tum laudabit maxime: tum eorum se emulum futurum declarabit proderit quis non uidet huiusmodi concio non solum ad conciliandam benignitatis & Iusticiae phamam Sed ad eloquentiae quoque opinionem quam hii: qui in foro uersantur in Magistratibus non solum laudant sed longe etiam suspiciunt. & reuerentur. nec immerito nulla re magis cohibetur forensis temeritas quae pene tota in garu

litate uersatur: q̄ tempestiua pratoris facundia.

De domestica admonitione.

Ista demum concione quum se in pratorium receperit cōtinuo domesticos quasi secretiori adhibeāt concioni & qua parte provinciae cuiusq; opera uti uolet demōstrabit: inibi cōiugem (si cōiugem habebit) liberos & reliquam familiam monabit ea rōne: provinciam sibi demādatam: ut illi nō solum præsitet: sed proficit ēt: ac quātū in se fuit oīum cōmodis consulat: uel se monereq; proinde neq; eorum putet in provinciam a se ductum ut imperium in quēquā exerceat: Sed potius ut suae sit uoluntatis minister: tu itaq; coniunx nō solum non peregrinaberis p̄ provinciae oppida: & conuentus: sed ne in uulgus q̄dem exieris nisi sacrorum causa: nec siquid uideris in provincia: quod tuos delectet oculos: Delectasse placuisse ue dixeris: ne in suspicionem uenias uoluisse te: dono & gratia consequi: quod aperte cōcupieris: Afferentur tibi munera fortassis non pauca: illa meo iussu non modo nō attigeris: Sed ne respexeris quidem: illustrium uirorum: ignobiliumq; matronas: quae officii causa ad te uenerint: benigne liberaliterq; atq; uno uultu omnes accipito: Nullius aduersos rumores admiseris: De fama huius uel illius minime laborato: neq; ornatus corporis is sit: qui nobis inuidiam parare possit. Deniq; me pratore te eam geras: quam in priuata fortuna gerere consueuisti.

De monitione liberorum.

Iberi at̄ tui sexus a te cōtinētiā: & s̄c̄titatē distāt. mares nō gladiatorū ludū nō cōuētū imoderatorū iuuenū nō triuiales tabernas frequētent: nō thermas occasione (ut fit) lauandi nō ganeas & cauponulas: ubi eos uenenū potius: quā merū potare optauerim: sed sapiētiae aut dicendi magistros studiose colant:

illorum lateri hereant aut si aetate prouecti id facere erubescunt: aucupia: & uenationes exercent: forum nunq̄ nisi festis diebus nostriq; aut deducendi aut reducendi gratia ingrediantur: Ambitiosas affectationes fugiant ne diuersarum partium eo obsequio haberi incipiant.

De monitione legati.

Egatus noster iura ac leges intueat̄ has mihi sibiq; omnium ciuiliū actionum duces destinet: hoc ipsum pratorii praefectus sibi statuendum sciat. Reliqui apparitores nō obliuiscantur se nostrae uoluntatis ministros a me ductos nō provinciae praesides: quorum quisq; eo magis gratia: fide: & auctoritate penes nos ualebit: quo maiore fide studio: & inocentia erit praeditus: Ceteri uero nisi in officio p̄stiterint cum neruis & carcere rem eis futurum denuncio.

De apparatu bellico.

Ac salubri usus admonitione si provincia suspicione belli laborauerit de praesidiis: Cōmeatu & urbium munitione cogitare incipiet: haec partim per se partim per uiros fidelissimos: atq; eosdem impigros q̄ celerrime poterit obeunda curabit: Speculas praeterea oportunis locis statuet: exploratores ad praesentiendos futuros hostiū motus destinabit & breui omnia impigre prouisa uolet: quae ad cōmissae provinciae salutem attinere uidebuntur.

De iuris dicendi ratione.

Ecundum haec: quae diximus ad forensia officia animū adiciet: atq; omnium primum curabit illud: ut in dicendo iure (Sit summa seueritas: eam (Dico) quam neq; gratia ulla neq; odiū uariare possit: huic summa grauitas adhibenda est: q̄ nō gr̄ae solum: sed suspitioni ēt resistat: facilitatem quoq; ad haec re

quiro in audiēdo: in decernēdo lenitatem: diligētiam in disputādo ac satisfaciendo: esset q̄s non uideret ipsa seueritatis 'facies dura nimis: & aspera nisi q̄busdam humanitatis mitiget' condimētis: xenophon ille socraticus quum optimi iperii effigiem exprimeret tanq̄ præcipuas uirtutes in eo: q̄ alius præsit grauitatem cū comitate cōiunxit: quod prudentissimus philosophus nō fecisset nisi illorum neutrum sine altero rēctæ administrationis officium implere posse credidisset: Erit itaq̄ prætoris iuris dictio grauis & seuera sed quæ his uirtutibus non careat quibus sublatis nullum humanitatis officium constare pōt.

Qualis esse debeat prætoris uultus quum ius.

D I C A T

Vid: quod iudicis in aduabilem oris habitū: uulgo dānari uideo: & quasi pro execrabili haberi: quare chrysippum aliqd uidisse putandum ē: qui iusticiam in illis libris: quos περὶ καλοῦ καὶ ἀδουλοῦ idest de honesto: & uoluptate: scripsit: neq̄ humili: neq̄ atroci aspectu sed reuerenda quadam tristitiæ dignitate nō obscuris uerborum coloribus figurauit: quo filo illius simulacrum cōsumatissimo opere expressum hodie utinensi foro uisitur.

De iracundia frenanda.

Racundiam quoq̄ cū ab omni prætoris actione: tū imprimis a tribunali ipso abesse oportere arbitror: quippe quæ rēcti iudicii uerū tricariū dici pōt: nihil est. N. quod magis a suo officio hoīem dimoueat q̄ is affectus: q̄ unus uere a stoicis dictus ē: nō trahere mētē hoīs: sed præcipitare. Intēpestiuas igit' caudicorū interpellationes: odiosam dicacitatē: Alterna iurgia Amarissimas exprobrationes: indigna forēsiū linguarū cōiuitia: cōstanti seuerorū oris habitu: honestius q̄ iracūda aliqua obiur

ne
m
dne
m
p
tuly.

gatione castigabit: in obiurgationē uel iustissimam reclamabūt fortasse temerarii rabulæ: in eam uultus moderationem nisi stultus aliquis & temerarius reclamabit nemo.

De matura causarum cognitione.

Vdiciū nullum: aut decretū temere interposuerit nec p̄ legatū: nisi cā p̄spicue cognita iterponi patiet': in quo nō grām nō metum: nō emolumētum ullum non hoīs cuiuspiā dignitatem: nō suam: nō alienam opionem sed iura: leges & aequitatem respiciet: has duces quoadusq̄ uolet sequet' uelle aut debet sp̄: q̄q̄ nō negauerim posse fieri praua quādam callidaq̄ iuris interpretatione: ut cū iure agi uideat' tum apta agat' iniuria: unde illud sūmum ius sūma iniuria: huic fraudi prætoris doctrina: & prudētia occurrat necesse est: ne quum se ius sequi credat prauam: & inhumanam ut sic dicam oratoris alicuius persuasionem sequatur: Si erutus fuerit iuris scientiæ dico peritus: a rēcto iudicio si uolet nō recedet: nec eum transuersum (ut dicitur) traxerit quispiam. Verum si is erit: qui p̄ iuris inscitiam facile decipi possit: quia quid sit rēctum non omnino intelligat tum legatum ita enim a maioribus appellatum existimo: quem nunc uicarium appellari uideo idētidem moneat: ne quid temere agat: qn̄ diligenter potius matureq̄ perspiciat ubi lateat ueritas: latet. N. nō nunq̄ non tam sua natura q̄ argumentārium: calliditate.

DE CALLIDA IURIS INTERPRETATIONE EVITANDA.

Arcus cato cēsuit carneadē academicū romā ab atheniensibus missū ad oropi cām orādā nullo pacto iuriam admittēdū quoniā illo uiro argumētate itelligi non posset ubi lateret ueritas. nec immerito: Nam multis iuris Doctis

adientibus in uestibulo curiæ ad ostentanda & ingenii & eloquentiæ facultatem acri disputatione ostenderat nullam esse iustitiam: quod si uir ille sapientissimus ueritus est uniuersum senatum unius acuta disertatione posse decipi: quid mirum si uel sapientis etiam prætoris mentem a frequenti oratorum cætu quandoque circumueniri posse suspicemur. Maturabit igitur non præcipitabit iudicium suum prætor: nihil temere decernet. In cunctis non ab re fuerit assidentis legati opinionem sciscitari nescio etiam an tutius fuerit: honestiusque illi multa delegare: in quibus acri denunciatione demonstrat prætor uelle: Iubereque se iuris & æquitas in offensam formulam seruari.

De moderata animaduersi

Vndem pene tenorem in puniendo seruandum crediderim: quæ in dicundo iure oportere diximus nisi quod iracundiam non modo frenari: sed excuti etiam atque longissime ab eo ablegari oportere arbitramur: qui supplicium de aliquo sumpturus sit: nunquam. N. Iratus ut præclare a marco tullio dicitur: qui ad iudicandum scelus accedit mediocritatem illam seruabit quæ inter nimium: & parum est: quam peripathetici iure laudant: sed quo pacto hæc in aliquo reperire possint: ipsi uideant: qui iracundiam perpetuam dant homini comitem: qua nihil moderationi magis contrarium esse potest: sint itaque legum similes: qui ad puniendum accedunt quæ ad ultionem non iracundia: sed æquitate ducunt meminerintque simul duas omnino esse: ut platonem placuit puniendorum scelerum rationes: aut is in quem animaduertitur: corrigatur: ac melior fiat: aut ut exemplo cæteris sit: qui fontem male affectum conspicati præ metu reddantur meliores cuius animaduersionis genus græci τὸ ἀπὸ τῆς ἀν. i. poenam appellant: quidam uero in quibus est anneus seneca tertiam addunt causam ut subla

ris malis: cæteri tutiores fiant quam itaque prodesse uelit is qui ad puniendum accedit ira omnino eum carere decebit qui affectus omnis officii impatientissimus est. sit itaque uultus prætoris in ipsa animaduersione quali sapientem esse oportere ex persona sua plutarcho ostenditur. N. ut gelianus ille taurus dicitur: quem seruum neque ac contumacem flagris admouisset essetque ab eo increpitus quod ira dictus aduersus quam multa disputasset in eo libro quem τὸ ἐπὶ τῶν νόμων. i. de non irascendo scripserat plurimis se plagis muldaret. cui ille leniter & uultu minime turbato nunquid ego quem tu uapulas irasci tibi uideor: ex uultu ne meo: an ex uoce: an ex colore an & ex uerbis correptum esse me ira intelligis. mihi quidem ut opinor neque oculi truces sunt neque eos turbidum neque imaniter clamo neque in spumam ruborem ue efferuesco neque pudenda dico neque poenitenda neque omnino trepido aut gestio quæ omnia signa sunt eius qui ita affectus sit: talis inquam sit: necesse est: punientis uultus: sed non satis id erit nisi animus quoque hoc affectu sit liber: plato in contumacem seruum animaduersurus: pulsassem te inquit nisi iratus essem: putauit uir ille ueritatis Amicus nullo pacto ab irato animo modum in uisione teneri posse

De seueritate in animaduersione seruanda.

Ed quum hæc disputo itaque omne ab huiusmodi prætoris actione excludo seueritatem tamen non modo non tollendam sed adhibendam quoque cenleo quam nescio quonam modo hæc facilius cohareat ciuilibus actionibus quam his de quibus loquor ut in illis comitatis condimento gaudeat in his uero tota in rigorem iustitiæ exeat: sed non uideo qua ratione quispiam humanitatis obliuisci possit: difficile est. N. ut pyrro ille heliensis dixisse traditur. penitus hominem exuere: ego ut dicam quod sentio non hominem: sed immanissimam belluam iudicabo qui alieni sup-



placii cupiditate teneat quicq; inter amarissimos gemitus & profunda eorum qui torquentur suspiria si non uult saltē aīo moueat

De questione:

Ebet fateor quaestionantis uultus clementiae obliuionē pra se fere q̄ diu sit in reum agendum ne si inerior iterim appareat misericordiae fiducia adductus p̄stet nagare quod alioquin longioris cruciatus metu fuisset dicturus: uerum spectanda est causa qua pp̄ ille adhibitus sit quaestioni: spectanda uita: mores: ingenium & imprimis corporis firmitas: quae omnia non obscure demonstrant quantum cuiq; instandū sit at reperi ti sunt qui cruciatorū fletu & ciulatu non minori uoluptate afficiantur q̄ suauissimo aliquo tibiaturu cātu hos ego uerius tortores q̄ praetores appellandos contenderim: uēdicet itaq; in hāc quoq; praetorii muneris parte sibi locum humanitas in qua sublata non est cūr quispiā uere homo dici possit summa autē omnium hāc est ut nullam putemus esse praetoris actiōem ad quā humanitati & clementiae non pateat accessus sed iam nimis longo fortassis sermone hāc: quae ad forum attinet executi sumus nunc ad domesticū institutum redeamus & pauca: quae ad huc de praetoris officio dicenda sunt breuiter absoluamus.

De humanitate domi seruanda.

Vē admodū seueritas in forēsi luce primariū inter praetorias uirtutes sibi locum uendicat & merito: est. N. perpetua iustitiae comes: ita humanitas quum in praetorium uentum est sit illa quae caeteris dominetur affectibus: hāc facilem ad praetoris cōspectū oībus paret accessū. pateat ostia & aures querelis omnium: tam diu quisq; dicat q̄ diu dicere uoluerit dummodo is sit qui per se sciat dicendi modum inuenire: nullius inopia aut solitudo foribus illis excludatur: omnia plena sint mansuetu-

dinis & humanitatis: nemo illinc tristis abeat quod eorum: qui aliis praesint proprium est curare: ut titus ille uespasiani filius: qui per manum a patre traditum orbis imperium mansuetissime administravit: dicere solebat: cuius rei adeo studiosus fuit ut oīum consensu humani generis delicias appellatum quidam scripserint sint apparitores: & domestici omnes tales: qui domi credantur habere unde facilitatem mansuetudinem & modestiam assiduo discant.

De moderatione domesticorū.

Ed quia parū erit praetorem cum esse quē diximus: nisi si his quoq; uirtutibus: qui illi & publice priuatim apparent sint praediti. iccirco idēdem admonēdi sunt nequid auare superbe arroganter ue faciant tantoq; ipensius siquid deliquerint puniendi sunt et in suo officio cōtinendi quāto eorū natura ex dignitatis insolentia pronior in hāc uitia esse solet: nulli conuicium faciant: nullā humilitatem contendant: a nullo precium aut munera accipiant tam diuiti q̄ pauperi ad praetorem aditum patefaciant: sciātq; se ministros esse & non qui in quempiam per se exercere habeant imperium.

Quid cuiq; credendum sit

Orū cuiq; tantum credendum est quātū eorum fides postulat ut quisq; optimus fuerit repertus ita dignissimus iudicabitur cui multa & magna credat negotia sed ut hos publice priuateq; administratiōi recte admiseris ita eos qui a flagitio non abstinebunt q̄ rectissime arcueris ratio ille qui uticēsis cognominatus est quum i cyprum prouinciam quaestor uenisset: repudiato suorum ministerio multa per se obiisse dicitur: Quae illis haud tuto committi posse arbitrabatur: sapiēter

hercules haud. N. recte alienam phanā ei credideris: qui suam facile contēpserit: sunt itaq; identidem admonendi ne quid domesticorum consiliorum in uulgus referant in quo uicio pene assidui sunt omnes qui illustrium uirorum adibus uersantur: est. N. ut satyrus ait lingua mali pars maxima seruii: sunt itaq; nō minus solū sed uerberibus ēt & uinculis (si opus sit) coercēdi domestica quidem disciplina magis q̄ natura silentiū imponet: ca tonis illius maioris serui sēpius rogati quid domi fieret semper se nescire respondisse dicuntur:

De annulo pratoris

Ec annulū quoq; his recte commiseris unti scribe sit illius custos: scribe digito & tutius & honestius quā serui aut apparitoris alicuius spectabit q̄q; ne huic quidem nisi cū opus est tradendū dixerim: debet. N. annulus nō alienae mentis sed illius solum. cuius imperium est esse testis:

De prouincialium assentione uitanda:

Itanda ad hęc prouincialiū studia et assentiones: q̄ bus admissis nihil esse potest iis qui rei publicae praesunt perniciosius: frons ut diximus: oculi: uultus per sepe mentiuntur oratio uero sapissime: huiusmodi hominibus aures haud quā quā praebendae sunt: eorum adlatio aut nō audienda aut si audiueris leuis existimanda non pauci reperti sunt ac quotidie reperiuntur: qui uanis huiusmodi opinionibus inflati in turpissimos prolabuntur errores: nec tum uelim eos aperte damnari aut eum ignominia repelli sed in moto uultu aut paulum ex porre eto labello oculoq; pene risum significante audiri: ita inquam ut quum multa in gratiam fuerint locuti nullam sciant se fecisse fidem: nihil profecto est quo magis id uitium frigescat quā si se leuitatis dānari sēriat metietur se ipsum prator nec se ut sa-

piens satyrus ait extra quā fuerit: haud. N. difficile erit quū omnem suae administrationis rationem diligenter reputauerit iure ne laudetur iudicare.

De delatoribus audiendis

Ari acrimonia & seueritate delatores audiendos dicerē nisi quod iis rei publice causa serius accipiēdi sunt deferuntur nō nunq̄ ea quae et si uana iudicari possunt ab illis tamē: qui publicā gerunt personam ne sui muneris uideantur oblitū qua si pro ueris sunt recipienda: quod si ea quae delata fuerit talia sint unde periculū prouinciae aut ciuitatū alicui aut maiestati iminere possit matura inquisitione cognoscenda sunt: leuia uno & quae cognoscere uelle nullū sit opere precium omnino dissimulanda.

Quae familiaritates recipiendae sunt.

Os uero in familiarū numero habere non dedignabitur nā nō pauci haberi cupiēt a quibus nihil praeter gratiā & beniuolentiā spectari cognouerit cognoscere autē id poterit ex eorū uita moribus & fortuna ne quēq; temere admiserit imo uero nullū nisi: qui tā se prouincia abeuntē amaturus sit q̄ ab initio fuerat pollicitus: multis sordidi homines sui cōmodi causa sub primā administrationē magistratū studiosissimi uideri cupiunt satagūtq; omni officio illis gratificari: quod simulatū studiū mox cum ipso regiminis processu turpiter senescit.

De muneribus non omnino capiendis.

Vnera. quae speciē quandā aucupii habere credunt aut nulla aut quā pacuissima accipiet ea scilicet. quae oīno suspicione carebunt: siquidē donāti uoluntate & studio cognito facile & ipsa datorū numerū deprehendit ratio: uerū parū fuerit suas manus ab huiusmodi illecebris cōtinere: nisi uxor: li-

beri ministri quoque id fecerint: atque ab omni munere non minus quam a candenti ferro abstineatur sordescat ne cesset omne ferme lucrum huic qui ex provincia uult incolumen phama reportare. que nullo alio uicio facilius periclitatur quam auariciae suspitione: simul quoque illud meminerit quod preclare a platone scriptum accepimus oportere eos: qui rei publice presunt sic ciuium utilitatem tueri ut quicquid agunt commodorum suorum obliti ad eam referant: sapienter quidem: nemo. N. & sui & alieni commodi aequo studio fuit unquam: obliuiscatur (opus est) omnis domestici emolumentum: quae suae phamae uult consulere. C. gracchum gloriari solitum accepimus. sacculos: quos pecuniae plenos in provinciam detulisset se domum uacuos reportasse.

De factionibus compescendis.

Iuiles discordias superba odiosaque factionum nomina quae magnas saepe ciuitates euerterunt aut imperii maiestate tollet aut si ita sint. ut inueterata odia tam cito tolli non possint: non abire fuerit praetorio edicto seueraque animaduersione ad tempus consopire: mira quis nescit opus erit prudentia ad hoc ipsum quod dicimus consequendum. sed maiore quadam. cauendum est ne quandoque commissa provincia fame aut peste laboret dixissem ne laborare incipiat nisi alterum praestare diuinum sit potius quam humanum satis uero consuluisse uidebitur: quae alterutra pestem si non illico orram non tamen adhuc grassantem consilio & diligentia oppresserit.

De provinciae lustratione et ultima satisfactione:

Ecce interim grauabitur intra annum munus semel ac sapientius si opus sit oppida municipia & conuentus provinciae circumire nec magno ad hoc utetur comitatu ne aut ob nimium sumptum sit ciuitatibus eius accessus grauis: aut nimis formidabilis quod

non modo non iocundus esset sed odiosus etiam: oderunt. N. quem metuunt ut est apud hennium quim potius sint omnia humanitatis plena nullus terror nisi malis praetendatur: quod uel ipsum seueritatis & iustitiae nomen prestare poterit: reliqua moderationis plena esse oportet intelligant omnes eum ut custodem non ut tyrannum ut hospitem non ut exploratorem & publica & priuata rebus subire cato ille senior cuius sic nuper mentionem feci cum sardiniae praetor urbes adiret sine rheda aduise dicitur publico uno ministro sequente: qui uestem ferebat & turibulum: quo rem diuinam faceret sed quum alioquin ob seueram animaduersionem esset omnibus formidolosus eius tamen accessus ut modestiae erat & continentiae plenus ita omnibus iucundissimus. demum circumactio anno ante quam provincia decedat et se & suos omni alieni aeris onere exoluet uoletque & publice & priuati omnibus satisfactum quum itaque haec omnia praestiterit optimi praetoris functus erit officio eximiamque ex ipsa provincia laudem omni quidem triumpho praestantiorum merito reportabit
Telos.

MARCVS ANTONIVS SABELLICVS MAGNI-
FICO ET PRAESTANTI VIRO MARCO ANTO-
NIO MAVROCENO PATRITIO VENETO EQVI-
TI SPLENDIDISSIMO.

.S.

Verunt ad hunc diē non pauci maurocene uir clarissi-
me qui te celebri doctorū hominum cetera circulisq; fre-
quentioribus quibus si quando per ocium dat' opportunæ ad-
modum insereris sapius prædicantem audiuerunt: post duo præ-
clara naturæ munera quod & homo & quod proximū illi est in
libera effes ciuitate natus nihil maius te habere quo nomine deo
optimo maximo gratulari oporteat quā quod hac potissimum
tempestate nasci cōtigerit qua paucorum hominū industria ro-
manā linguam quæ diu inculta ac pene extincta in tenebris iaci-
unt: ab omni sordibusq; barbarie seruatā uideres mirariq; pro-
inde te ac uehementer probare recentiorū hominū ingenia. quæ
si nō ea sint ut cū ueteribus illis quæ eruditissimo olim seculo
flouerūt merito cōferri possit at certe in modicis ob id laudibus
efferenda quæ romanū decus uetusto idicare seruitio sint adorta
re multis ætatibus aut hominum ignauia neglectā: aut desperatione
miseræ tētatā hac quū ad me per plures detulisset uisus sū mihi ni-
hil icpte fieri si nō hanc de latīa linguæ reparationē ueluti ΠΕΛΕΤΑΝ
quædam καὶ αὐτὴν ταχὺ γράψαντα tibi uiro clarissimo cognoscendā
traderent: quādo presens studiorū successus ita tibi cordi esset
& hac breui lucubratione cognosceres quod eotū cuiq; per quo tā in-
icpte loq; desinimus deberi oporteat: cui sermoni ut aliquāto ma-
ior iesset auctoritas omnem de te ipsa disputatione benedicto pru-
nulo liniacēsi & Baptiste guarrini filio uiris ut plane nosti mul-
ta auctoritate & eruditione dedimus quæ inter uisa fuerit aut ni-

mis indulgenter recepta aut uerecundius accusata: illorum me-
ritibus ascribitur uterq; n. quod credo te nō ignorare) probo sane
est mitiq; ingenio: magisq; ad defendendū quā accusandū cōpa-
rato: quippe qui uehemēter cupiant suam cuiq; phamā quasi ho-
nestissimi laboris: præmium integrā constare: sed nostro ne an
illorū potius nomine hæc lectio tibi magis placitura sit incertū ha-
beo: illud pene persuasum mihi est: fore ut si reliqua magnopere
sordescant: tot tamen uirorū illustrium memoria per quos pau-
cis annis latinā linguam quasi postliminio recepimus aium non
iniucunda tangens nomenclatura nobis id præstet ut si quando
hæc uir clarissime legere incoeperis cetera quod mihi uehemen-
ter erit gratum nō inuitus per legas.

Vale.



MARCI ANTONII SABELLICI DIALOGVS QVI
ET LATINAE LINGVAE REPARATIO IN SCRIBITVR

Sauarifius.

b Ic certe res habet ut tu praedicare soles sabellice: aut una sunt hodie in toto orbe uenetiae: aut nulla urbs alia. Quam splendore & opulentia huic praefere possis. Nunquam huc accessi (accedo autem saepissime) Quin ipsa ciuitatis facies mihi maior solito occurrat ac quodammodo admirabilior. Quod cum plerique alii sibi euenire aiunt: tum iulianus hic noster quem uix hodie a prima luce ad tertiam diei horam a germanico emporio dum omnia mercaria uia prope oculum cupit explorare ad sublicii portus bibliopolas traduxi: Vbi quia neque oratione neque conuicio id euelli potuit: librorum indicibus haerentem a me relictum ad multam diem quod uix unquam euenturum putassem: quum ex foro me ad priuatum hospitem reciperem: Eodem pene uestigio statim sed adhuc magis occupatum offendi: sabell. habet id urbis genius sauarifi augetque non parum amplitudinem & formam ipsam: incredibilis rerum omnium apparatus: Cuius tam magnitudo quam uarietas nouum semper aliquod primo intuentibus obiicit spectaculum: sed dicat iulianus. Qui hodie (ut ars) refertissimam excussit bibliothecam: an in tanta nouorum scriptorum copia quanta paucis annis in his studiis emerfit: aut locupletior quam antea sibi latina lingua aut emendatior facta uideatur (iuliani) sunt non pauci (ut dicis) Sabellice qui alia atque alia uia romanas litteras nuper rime uiuere: nam praeterquam quod omnia fere emendatiora occur-

runt: non desunt qui quotidie aliquid noui in communem usum proferant: Quae & si non sunt talia ut iacturam illam: quam nostra litterae gothica tempestate fecere omnino resarciant leuant tamen inopiam & egestatem quam dira illa calamitas latino nomini attulit: Quod malum ita uiolenter omnia iuaserat ut a clade illa longe uetustissima aegre ad hos annos respirare sit datum Aliquid igitur effecerunt nostrorum temporum uiri: per quos si non rem ipsam: umbram tamen & uerum latinis adhuc nomen retinemus. Si quidem horum ductu & auspiciis romanus sermo omnem exiit scilicet omnem barbariem quibus sordibus diu fuerat immerfus Soleo iccirco me beatissimum putare ac naturae gratias agere quod hac potissimum tempestate nasci contigerit: Quasi non linguam ipsam florentem: ut olim: aut qualem aetas illa aurea: qua tot uiri summi una claruere posteritati tradidit: meliorem ac quodammodo omni ex parte instauratam uideremus: sauarifi resartam potius iuliani: Instauratam ne dixeris: Quod neque tu neque aequalium quisquam: & ut audacius dicam ne mortalium quidem ullus uidebit unquam: sunt quis non uidet humana omnia in lapsum prona: sed quae in melius mutantur difficillima: iulianus recte quidem ista sauarifi: sed quo nomine successus hic litterarum appellandus sit: Quum maius ocium nati erimus licebit cognoscere: nunc illud abste uehementer cupio audire: imo discere potius sabellice. quod & huic quoque sauarifi erit non ingratum: quid cuique eorum qui recentissimis temporibus latinam linguam uiuere: debeamus: si quidem alii alia in publicum usum contulere: quae si quis aequa ut dici solet lance expenderit uolet: haud omnino similia: sed alia aliis preponderare fateatur necesse est: Verum qui haec te uno melius diligentius ue aestimare



possit est nemo: quippe qui: & ab similitate omni: & ambitione longe abes: nec facis (ut plerique) qui pene prius oderunt: quæ legē da traduntur quam uiderint: quin omnium indifferenter laus: æquæ (ac tua) est tibi cordi: quo fit ut nullius iudicio: ut pro sauarisio despondeam simus libentius acquieturi sabellicus callide me hercule (ut solet iulianus) blandoque uerborum ambitu insinuatus experiri uoluit: possit ne me in ridiculum aliquod facinus impelleret: ut fabulosum illum phrygiæ asopi asinum imitatus leoni sua præmia decernerem: scilicet ut quū multos uno tempore in me concitasset tum forte male multatum uideret iulianus Quid multatum ais. an aristarchus & aristophanes: qui nō solum aliena scripta attentissima examinarunt cura: sed quosdam etiam: poetarum numero exemerūt: aut marcus tullius aut fabius: qui nihil diuersum apud nos fecisse uideri possunt risu digni aut odio sunt habiti (Sabell. Immo ob id ipsum fortassis graeci illi quorum mentionem fecisti plerosque sui temporis poetas silentio præterierit: ne maior ab illis postea maneret inuidia: quod nostros quoque in quibusdam fecisse ex eorum scriptis facile intelligi potest: At mihi id nullo modo contingere posset quando eorum de quibus futurū est iudicium plerique adhuc sint superstites: Eleganter quidem: & accurate cicero ut cætera multorum scripta in suo expendit oratore: sed in duorum sui sæculi gramaticorum altercatione dum eorum alterius: declinaret inuidiam iudicium in iocum uertit: Nec fabius minus prudenter qui scriptores suorum temporum phamā iubet expectare: quod quum ita sit non est cur nostram ullam de ea re sententiam expectetis: At possum quoniam tanto studio id requiritis: & uacat (ut dicitis) audire: grauissimū uobis de hoc ipso sermone referre

quem duo uiri illustres hoc anno multis presentibus in uestibulo curiæ habuere: Erat tum forte uenetiis baptista guarinus homo (ut citus) multi nois uesterque (ni fallor) ciuis: uenerat is cum alphonso herculis estensis filio qui a patre officii gratia fuerat ad agustinum barbadicum principem & senatum missus: Ita igitur accidit ut eodem tempore quasi de industria plerique docti uiri patrii ordinis unum in locum coiuiissent & in his hermolaus barbarus Hieronymus donatus. M. dandulus: Sebastianus priuolus nicolaus lipananus: qui nō multo post in romanam curiam concessit: daniel rainerius & alii nō pauci præter philosophiæ studia humanarum etiam litterarū uehementer cupidi: Aderat & benedictus prunulus homo ipse doctus: qui trigesimo & amplius ab hinc anno publice in hac urbe est professus: Tot uiri tū forte in uestibulum curiæ conuenerant alii alia credo de causa eratque iam coeptus haberi sermo de his que recenti seculo aliquid in communē latinæ linguæ usum edidissent: quū illis & ipse diuersum negotium secutus superueni: Erantque mecum non nulli nostri litterarum sane studiosi: hic ego ab uniuerso coetu familiari uultu acceptus quia de re litteraria sermonem haberi non dubium erat: Placuit his quæ dicerentur interesse. primas igitur ad dicendum prunulus sortitus erat partes: Vnde uero sermo esset ortus non libuit requirere: satis habui quod illi tum primum instituto oportunæ affuissem: Si igitur ea quæ tunc uir ille ornatissime ac disertissime de romanæ linguæ reparatione ē locutus quæque postea eo petente a baptista guarini filio in eandem sententiam breuiter & allurate disputata sunt audite uultis: ut diligentius poterō subiiciam: nam quid ipse de ea resentiā: neque uos (ut dixi) requirere oportet neque expectare. iulianus iam uero istud ipsum quale sit uehemēter cupimus cognoscere sabellice: quum ob eo

rum qui illa deseruerunt præcipuam auctoritatem: tum quia nisi tu probassent nullis adduci præcibus potuisset: Vt relatu digna iudicares: perge igitur si placet & quod tantorum hominum sit iudicium. fac præcor intelligamus: nam quod ad (nos attinet) tã libenter ista ex te audire parati sumus: q̄ si illos ipsos qui de ea re deseruerunt audiremus.

Sabellicus.

Ncipiam ego: quando ita placet amicorum optimi: ac
i primum omniũ illud dicã quod me maxime in prunulo delectauit: usum fuisse uirum illum: ut natura e non infaceta: faciliq; ad omnia excogitanda ingenio: translatio ne in dicendo ualde rei accomodata: quippe qui in hunc ferme modum sit exorsus ut diceret uideri sibi ea quæ romani senonico dicuntur bello passi: simillimum quendam habuisse exitum: huic quem latinæ litteræ post longissimum annorum circuitũ fuissent sortitæ: Disiectis inquit ad alliam. flu. romanis legionibus: in præceptis omnia abiire: non dux ullus: non imperium adesset: non arma non circa urbem præsidia: quæ sæuissimi hostis impetum distinerent. Quin repente omnibus solutis: nihil ex tanto nuper imperio præter umbram nominis ac collem unũ cum modico præsidio superesse: pauci seniorum qui ab superbo: & irato uictore sunt in rostris reperti ferro occubere: Cæteri sine imperio sine nomine disiecti: procul prima: procul penatibus: uagi: deuii extorres sine cultu: sine hospitio errare: Sæuire interim galli: tecta incendere: parietes disturbare: nihil sanctum: nihil intactum relinquere: minari romano nomini excidium ac simul intentare: mutari iccirco rerum omnium facies: nihil ex tam potenti nuper populo nisi nomen superesse Barbari omnia

publica: omnia priuata præter arcem possidere: Deploratam uulgo crederes rem romanam: nullam rem publ. nullum imperium in ea urbe amplius futurum. Instare dira barbaries Capitolium: q; cum arce totis uiribus oppugnare: fuisse t; demum uoti compos nisi paucorum uirtute res propemodum perditæ nõ solum suo retentæ essent uestigio: sed in pristinum etiam statum restituta: his tum malis roma defuncta est: sed longe fædior clades lõgeq; atrocior quæ rem romanam gothicis temporibus postea adorta est: ibi cum publicæ: & priuatae fortunæ periclitare dicuntur: hic cæteris amissis sermo quoq; quo nihil deus immortalis homini utilius dedit: ad interitum perductus: maior itaq; recens casus atq; tanto lugubrior quanto plures gentes quam uetus ille attigit: siquidem unius tum populi fortuna lapsa est: his uero diris temporibus quid romanis ipsis cum italia erat & multis gentibus cõmune: fuit populus ille ferocissimus pluribus olim gentibus infestus: Multis perniciosus: at sermo omnibus utilis: & iucundus: atq; ob id longe charissimus: utra igitur ruina maior: hæc qua tot gentium bona: tam nobile cõmertium: tantam eruditionem: tantam humanitatem: miserabili modo obruit. an illa qua res temere quæsita: temere peritura conciderant. Nec uereor ne parum considerate id bonũ dixerim quod inumeris populis urbibus terris & sentiētibus & dolentibus fuerit pene ademptum: Video quibus coram: & ubi habeatur hic sermo: neq; n. nunc in pesiana cta sumus. Quãq; (per deum) nõ uideo qd aliud bonũ dici possit si hoc unum dici nõ põt quod tãta & tam lõga iniuria adime: nõ potuit qd uero nõ potuerit fælix exitus haud dubie dmonstrauit. sed sublati nobilissimæ rei istrumētis desuetudo secuta e desuetudinẽ obliuio quæ propemodum cã fuit ut



diuino munere perpetuo careremus: sic sane res habent: ut ubi semel inclinare coeperint facilius dilabantur quam ab initio coalescere contigerit: ademerat romanae urbi multum splendoris & dignitatis imperii sedes: bizantium translata: secuta inde clades multe alia post aliam: Gothi: huni: longobardi: pluribus locis italiam foeda populatione uastarunt: sed primae ille gentes dirae nimis romanoque nomini infestae: quippe quae omni diuini & humani iuris oblatae: superbae & crudeliter uictoriam exercuerunt: non hominum caede: non templis non sacro ullo loco: aut prophano infandae manus abstinerunt omnia diuina & humana barbara prophanauit temeritas: sed haec quia in gremio fortunae sita: minus fortasse lugubria: illa clades longe maior: illa & dolore & lamentatione dignior: quod urbs capta non solum ciuilibus est exausta: publicis priuatisque operibus deformata: sed diuino etiam litterarum thesauro. quae una re incolumi caetera suo stare uestigio uideri potuissent: bibliothecis publicis & priuatis flamma: uel rapina consumptis nihil spei reliquum posteris fecere: pro dolor quot tamen labores: curae: uigiliae: quot rerum monumenta paucis diebus ne dicam horis interiere: sed quae dirae sit tunc clades accepta ipsum postea tempus declarauit. remisit tempestas illa: & si sero remisit tamen: Victi italici finibus barbari cessere sermonis feditas quae passim inoluerat non cessit: recepit aliqua ex parte roma suum cultum & nitorem: loquendi proprietatem non recepit: & breui ubi semel foeda illa barbaries se illius ruinis infinuauit: nulla ueri sermonis cura: nullum prioris linguae desiderium incessit quaequam: Auxit id malum longa aetas. quae non solum negligentiam peperit. sed diuini etiam muneris memoriam dirae obliuione immererat. iam enim (si uera loqui uolumus) nemo post funestissima illa tempora ad annum hinc circiter quinquagesimum romana locutus lingua uideri potuit aut si quis extitit qui potue-

rit id praestare non magis est iter suos auditus quam si ignoto aliquo sermone fuisset locutus: extedit se igitur calamitas illa ad haec usque tempora: sed nunc qui primi omnium illam diu sepultam suscitare adorti sint: inde per quos sit in meliorem statum restituta aperiam quod si forte cuiquam aut plus quam aequum sit tribuere uidebor: aut adimere memineritis me dicere quae sentio: sed quae oraculi loco minime sint habenda imo ne talia quidem ut non multo ueriores adhuc dici possint: presertim ab iis qui adsunt: qui de huiusmodi re firmiore iudicio serentiaque minus ambigua discernere potuissent uerum quia me primas sermonis huius partes sustinere uoluitis dicam breuiter quae sentio: uos ita nostra accipite quasi cuique uestrum integrum relinquat diuersa sentire si libeat ac quae se serit libere tueri: sed iam satis superque exploratum habetis quoad dicendum consilio uenerimus: nunc ad ea quae dicere institueram reuertar:

Continuatio:

Erieraut (ut aperte ostendimus) diuque sine nomine: sine cultu: sine spe ulla melioris fortunae romanae littere in occulto fuerant quam in cisalpina gallia quod uix quisquam futurum putasset arae admodum nec satis certae reparandae rei scintille: uelut ex densis quibusdam repostisque emicuerunt tenebris & enim neque assertore uno opus fuit: neque uno uindice ut tam pernitiosa pestis italiae finibus pelleretur. est in bergomati agro uicus obscuri olim nominis: nunc clarus suoque partu illustris: barzizam uulgo nominant hic gasparinus grammaticus ac rhetor sua tempestate illustris: qui in hac urbe ut audio mox parauit inde mediolani multa nominis celebritate litteras docuit magis foelici consilio quam quod tantae cladis resarciendae spes ulla praetenderetur primus omnium ut audio ad ueteris eloquentiae umbram

nā ex re tā nobili nil tum præter id unum supererat oculos retor-
sit: quum mille & amplius annos ex quo gothica illa tempestas
terram italiam inuaserat semper omnia in peius abiissent credo
ea fiducia fretus quod in tris diuinos illos. M. T. ad quintū fra-
trem libros quum diutissime non extitissent primus incidere
quos situ et uetustate cōsumptos diligenti cura & studio emen-
dare adortus: tantum intentiore lectione profecit ut opus non
solum desiderarum sed deploratum etiā in publicū exhiberit:
multosq; ad eloquentiæ cultum exemplo: & hortatione exci-
tarit. fabius quintilianus: tum primum et ipse intransalpina gal-
lia repertus per quem aut repiri contigerit suo loco dicetur hu-
ius opera non nihil ueteri creditur squalore deterfus: scripsisse
dē cōmentarios in uaria ciceronis opera sed qui nulli hodie ex-
tent epistolæ ad hæc & orōes pleræq; adduntur liber præterea de
ratione scribendi unus quid de ipsius figura & proprietate dicē-
di suspicari possimus: ipsa tēpora ad monent: oportuit quis no-
uidet infirma ut semper alias tam audacis conatus fuisse princi-
pia: sed quemadmodum sæpe euenire solet ut quæ uel modicis
orta sunt initiis maiora indies accipiant incrementa ita accidit
ut iam inde multis aliis quidem post alios ad id consilium iuuā-
dum prodeuntibus breui res eo processerit ut nō minus iā spei
adesset q; ab initio animi fuerat sed omnium qui sub id tempus
extitere: leonardus aretinus præcipua dignus laude occurrit uir
philosophiæ studiis & eloquentia clarus nec in historia minus
celeber pleriq; romani pontifices circa cōstātiaci cōuētus tēpora
illius opera iecretionibus negociis usi dicunt: nouissime a florē-
tinis publico decreto accersitus in eorum urbe esse perseuerauit
studiorum monumenta uaria ferunt quæ ex græco latina fecit
manifeste arguunt quā facilis natura illa fuerit diuersisq; rebus

accomoda grauis nūc & dēsus ut in basilio illo nescio quo anti-
stite & in xenophōris tyrāno nūc cādidus ac fusus ut in emilio
catone sertorio: & aliis quos ex plutarcho acceperat ut nulla sit i
illo uirtus quā in hoc aliquo modo desyderes uelles tamē cice-
roni nihil addidisse: nā i figura alioqui pstitit age uero quā dili-
genter & accurate platoniam illā dicēdi facultatē in gorgia &
phedrōe expressit quā erudite i economicis politicis ethicisq; li-
bris aristotelis grauitatē & acumē sed hæc miora uideri possūt
facile est in alieno libro esse disertum sed in suo difficile. eiusdē
sūt quattuor gothicæ istoriæ libri nā cōmētarii primi belli puni-
ci ad polybium merito referūt eiisdē & epistolæ quā plurime i
ordinē digestæ: eius quo. xii. historiarū libri quibus florētinorū
ē gesta cōplexus de his (nā cætera eius opuscula consulto prete-
reo) si i uniuersū indicare uelimus possumus de eo dicere quod
et de thimagene fabius intermissā scribēdæ historiæ induit triā
eum noua laude reparasse: multæ præterea uarieq; in illo uiro di-
cendi uirtutes: quas si quis altius inspiciat adhuc tamen aliquid
in elocutione requirat. sed id temporum potius quā hominis ui-
tium: nec magis in eo accusandum: quam in pogio qui eadem
floruit tempestate fuit is quoq; usci sanguinis mediaq; floren-
tia natus: facundo ingenio & supra omnes quos nostra nouit
ætas faceto: quippe qui libellum de ea re lepidissimum reliquit:
opus ipsum uulgo legitur: estq; in multorū delitiis dicūt & ora-
tiōes extare. & epistolæ ad amicos quā plurimæ & de idiæ situ li-
ber unus: diodorus quē latinū fecit uulgo legit alia que ex gre-
cis nra reddidit ad māus nō puenē sed ut breuiter dicā oīa illius ue-
nustate potio et copia probāt q̄ elegātia hic certamina illa ppetue
q; alē catōe s aduersus laurētianas cēsuras ei suborte sed utcūq;
eius scripta accipiēda sit dignus certe laude uel i primis qd̄ quē

elegantiorē sequeretur aut cuius exemplo scriberet præter eū
cum quo apertas exercuit similitates ea ætate habuit neminem:
sed quātuscūq; fuit se propria uirtute efficit uerū non magis ea
quæ scripsit ad latina studia suscitanda quā i iis quos ueteri in-
iuria amiseramus conquirendis hominis studiū & industria pro-
fuit: constans phama est fabiū quitilianum alterū latinæ liguæ
lumen: cōstantiaci conuentus temporibus: ab eo ex gallia romā
deportatum: quē ignotū squalidum: tetroq; pedore carceris cō-
sumptum in apertum rettulit: attulit ea res illi multum nominis
& celebritatis quanquam iā antea inter illustres italiae uiros pri-
mas sibi partes uendicabat: fuit inde romæ. nouissimis tempori-
bus & ipse publico decreto accersitus florentiam concessit: ubi
iam grandis natu uitam cū morte cōmutauit horum igitur pri-
mi illi in meliora studia conatus nō nihil sane profuerūt: pleriq;
n. partim extraneo partim emulatione i spem maximā adducti nō
solum illorū trium uirtutem imitandi. sed si paululum āniti uel
lent superandi etiam incredibili studio animū ad eloquētiæ cul-
tum crexere. et in his guarinus pater tuus baptista fuisse mihi ui-
detur: mapheus uegius laudensis: paulus uergerius iustinopoli-
tanus: prosa hic ille metro sua ætate clari: uidimus uegianū car-
men uelut appendicem quādā uirgilio annexum: nescio quid
ēt illius cuius uideri uoluit emulus redolens: sed ad genium illū
castissimū nō accedit: uergerii libellus de igne uis moribus passi
legitur: maiori pene elegantia quā in hominē eius. ætatis cadere
debuisset. suauis quidem nec interin ociosus: grauissimisq; res
persus sententiis ut pote qui philosophie prius opetam dederit
quam ad scribendū uenisset: fuit is chrisoloræ constantinopoli-
tani auditor cuius & franciscus barbarus auus tuus hermola tu-
us accuratissimas orationes & epistolas dnm lego: dum fauissi-

mū eum librum quē de re uxoria scripsit non possum non mul-
tum hoīs eruditionem admirari: prosequere eum maiori laude:
immo uero iudicio nisi uereret ne suspectus esse inciperem ut i-
ueneri nominis uiros celebrandos nemiū propensus: non igitur
māgis de eo ipso hoīe meam expectate sentētiā: quā si quis quæ-
rat quid de leonardi iustiniani eius æqualis sūmiq; oratoris eru-
ditione & ingenio sentiam: elegātissimæ eius orationes: cymono
plutarchi & luculus quos ille ex græcis romāos fecit: ut alia eius
ingenii monumenta pretereā facile declarant quid ille in cōem
liguæ usū afferre potuisset. si nō ad rythimos animū adiecisset
quāquam in eo quoq; genere nō mediocrē cōsecutus est laudē:
charoli aretini horū ætatibus interiecti nihil ad hunc diem legi-
mus eius musa ideo fortasse clara. quia philelphi studiis præci-
pue infesta. dicitur & ipse græca tractas se studia ut merito su-
spicari possis hūc quoq; ex chrisoloræ officina de promptū nā
guarinū patrē tuum baptista quātuscūq; fuit ab eo factum ne-
mo est qui dubitet: is uno quātus in utraq; lingua extiterit ut de
eo dicā quæ & d' isocrate accipimus: eius discipuli facile declarāt
strabonis europa quā ille nostram sua industria fecit: et quæ in
platonis uitam & aristotelis est ingeniose commentus. et ex plu-
tarcho quædam in latinum uersa uulgo leguntur: dicuntur &
orationes ab eo non nullæ et epistolæ quā plurimæ relicte quas
neq; uidi nec sum cum aliquo locutus: qui se eas legisse dicat.
sed ex iis quæ uidere potuimus coniectura assequor qd illa quo-
q; lectio præstare potuisset: et quod omnium operum illius ma-
xime gratum fuit: catulum municipem suum situ & squalore
confectum lucemq; ex diuturnis tenebris reformidantem: ita
abstecit. ut sine maiore rubore in publicum exire non dubitaret
profuit itaq; ille eximia eruditione multis: sed morum sanctita-

te optimoq; uiuendi instituto non paucis quā uirtutem multi et in uictorio feltrēsi eius æquali æque mirati dicuntur: adeo ut nihil dubitare possis uerissima esse quæ de utriusq; institutiōe uulgo ferunt: utrūq; ab in cunte adoleſcentia nescio quo rauennate uiro integerrimo dicendi magistro usū: si quidē haud parui refert qualē a teneris quisq; ānis sit preceptorē sortitus. ut mores igitur ita studia pene paria: par etiā et ætas uicinis inter se propi quisq; urbibus nati propinquioribus professi: feltri hic ille uero næ genitus. hic mantuæ docuit ille ferrariæ: uterq; suo principi charus sua foelis uterq; familia foelis uitæ exitus: alterius tamen phamā aliquāto maior: quanto uidelicet feltro maior est uerōa: sed quantū hi duo. laudis docendo meruere. tantū fortassis forliuensis blundus corū æqualis scribendo meritus uideri potest quippe qui plura ut scitis in historia scripsit q̄ recentiorū quisq; circumferuntur eius decades quæ ab romani impii inclinatiōe ad eam qua scripsit usq; ætatē plenissimā cōtinent historiā: eisdem urbem romam instauratam eidem triūphantem debemus addo & italiam illustratā quæ omnia ut libere dicam quæ sētio meliore fide tradidit: quam euentu: ut pote is qui non nulla quibus ea perquirēda dederat temere crediderit: nam per se omnia uidere potuisse absurdum est credere quū neq; ex auctore uno sed pene innumeris: atq; illis ipsis ambiguis & uariantibus multa querenda essent: nec ipsa dicendi figura multam ei fauoris cōciliat nam præterq̄ quod ubiq; fere lutulentus fluit dum neruorum robori studet: præpinguem nimis & obesum se reddidit ademitq; nimia corpulentia uenustatem historiæ sine qua prodesse quidem potest: delectare uero minime sed. hæc ille accuratatione rerumq; uarietate compensat: florentini lapi antonii

tudertini & aliorum quorundam scripta aliquid certe commo- di latinis studiis attulerunt: sed ad id quod amissum erat repa- randum non magis utilia quā quæ non paucis ante annis fran- ciscus petrarcha: & iohannes bochatius scripsere: uterq; alioquin clarus: hic mythica historia ille rithmis eminens. sustinuerunt itaq; pleriq; grassantis barbaricæ impetunt: propulsare tamē nō potuerunt: uindīcarunt seruitio quidam cicetonem: fabium ca- tulum: sed hoc sacra uestalesq; curru in tutum deferre fuit: do- cuere rhetoricem alii aliquanto accuratius docuere & gramati- cem & hoc in quirinalem per hostium stationes cum sacris trā- sire: non nulli latinam edidere historiam: aut grecam in latinū uertere: neq; id aliud quā gallos ex arce umbōe deturbare: crāt nihilominus hostes itra moenia capitolium obsidere finitimos sollicitare: eorum signa longe lateq; uagari camillo duce opus erat: qui barbarum acie uictum non solum urbe: sed ita etiam fi- nibus eūceret cui igitur summus ille honor contigit huic uide- licet a quo patrium sermonem maxime uindīcari oportuit: ro- manus fuerat furius: non externus qui barbaros urbe expluit: ro- manus et hic qui barbarum sermonem prorsus sustulit. struxe- rat furius ille intra urbem legiones: quas in hostem direxit stru- xit et laurentius uallensis accuratissimos elegantiarum libros i- foedam & horidam barbariem. uicit dux ipse primo intra moe- nia: mox quod reliquū hostium fuit ad unum foris cōfecit eo- dem non alio successus hic quoq; romæ primo: mox reliqua italia inueteratum malum oppressit: restituit ille patriæ adēpta signa: hic adēptum sermonem: uterq; dignus q̄ pater patriæ no- mine: sed eo alter dignior qd̄ plus certe fuit sermonē quo nihil ab ipsa natura est hoī utilius datū quā urbē ciuibus restituisse suis nec imitatus ē hic de quo loquor malos medicos q̄ cū alios

recte curare soleant: se ipsos nequeunt tradidit ille elegantiarū
præcepta romanæ linguæ neruos sed nihilo accuratius tradidit
quā seruauit. legite (si placet) herodotum quem ille ciuitate do-
nauit: citentur ex clisii ut poetæ dicunt) campis ipsius manes: de-
turq; latinæ scire num negabit sua esse illa quæ uideat an potius
cætera agnoscens & in primis eximium candorem: tantum mi-
rabitur musas quibus: opus inscripserat ionice desuisse loqui cæ-
terū omnia meliora. an aliud de chucydide & homeri iliade præ-
dicari potest sed i eo scribendi genere nō pauca accidere potue-
runt quæ illū duriorē redderēt age modo et si uacat illa cogno-
scite quæ proprio eōte manarūt. epistolas: orationes dialogos et
alia pleraq; quæ nō ita omnibus uulgata sūt an est eo homine
quicquā purius sunt qui in his quoq; eū duriusculū existimēt
sed eruditio illa ni falor est: floruerunt cum eo romæ & reliqua
italia uiri multi illustres: atq; aliquanto in scribendo emendatio-
res qđ iccirco fortasse illis contigit quia ad manus ut dī habue-
runt quem potissimū imitarentur aut quod euenire potuit in
eius scripta inciderunt: qđ id quoq; esse potuit in causa ut ubi il-
li pristinam scribēdi formam uulgo repudiari uiderunt: ac pro
barbaris haberi qui non omnia exacte & accurate dicerēt: ipsi
quoq; quisq; pro se ad id animum intenderunt: ut nihil in emē-
datum: nihil temere i aptum referrent uerum sic quoq; uisi sūt
hii de quibus loquor aliqua suspiciōe digni quāq; eorū scripta
aliquid habeant. quod non oīo romanum dici possit: usq; adeo
tænaciter hæret quæ a teneris didicimus ita inq; ut ubi semel re-
cepta sit ne meliora quidē. si aliquo modo contraria uideāt apli
us admittant sed omnium q tunc fuere duo clarissimi pœte ex-
titerūt: frācisus philelphus: & antonius panormita. uterq; suo
principi charus: hic alphōso regi ille philippo mediolanēsi sed al-

ter eo forte maior: qđ nō minus orator q̄ poeta: græceq; & latinæ
doctus: nec a studiis philosophiæ ab horres: quod apte eius opa
dechrāt. sfortiadē: Satyras: epigrāmata: & alia quæ carmine cō-
plexus ē uariis iudiciis excipi uideo: Nā ego nō tātū in hoc gene-
re mihi tribus ut qđ alii sentiāt: nō libēter aduertā probāt multi i
eo facilitatē: copiā: iocūditatē qđā torrētis more nūc tumidū ni-
mis nūc mius humilē aridūq; fluere arbitrant uidimus epistolas
dialogos: orōnes & alia multa p̄im latina: p̄im q̄ ipse ex græco
uerterat: præter orōnes quæ pene. lx. numero ferunt ad centū &
amplius scripsit uolumina: de quibus si ex iis quæ extāt licet iudica-
re dicā quod & multi: fuisse in eo uiro facultatē dicēdi eximiam
naturēq; oībus eloquētia partibus accomodatā: sed iudiciū i qui-
busdā defuisse: regrasq; iure in eo qđ & in anneo seneca fabius:
oportuisse cū suo igenio: alieno iudicio dicere: Quicqđ. n. natu-
ra illa uoluit effecit: Dulcis: candidus & facetus panormita sed la-
sciui carminis amator atq; ob id probis uiris minime legendus:
nec pius pontifex mihi excidit æneas antea noiatus: poeta qđem
magnus: sed orator adhuc maior quem ēt si inter nouos hysto-
ricos repōas: cui cedere debeat haud facile reperias. extāt (ut ora-
tiones. epistolas aliaq; eius monumēta præteream) geographia
quæ asia iscribitur: & in blundi historias. Epitome: quid præter
aliquid elegantia in eo requiras nil certe est si quis huic beatissi-
ma dicendi copia comparandus est: & si in elocutione aliquanto
maior unus oīum meo generis iudicio baptista albertus florenti-
ni merito conferri potest: nullus quod sciam nostra tempestate
mathematicis artes elegantius tractauit: eius de archaref & opus
id præcipue arguit extant & alia eius monumēta extat quæ siq;
accuratius pergat scrutari tantū in elocutione ei tribuet quātum
latinorum qui nostra memoria fuerunt fortasse nemini eminen

tissimi quō diuerso genere Bessarionicus antistes: & georgius trapezūtius: uterque graui sanguinis: hic platonis oppugnator: ille defensor: sed alter (ut fertur) & ut res ipsa declarat: in philosophia maior: in elocutione alter ut pote qui de ratione dicendi non unquam scripserit: Rhetoricemque docuerit. Nec gregorius tiferus nihil meritis est qui a phricam strabonis & a nostris studiis adiecit cognoscitur & eius carmen tam piū quam elegans. Nicolaus uero perotus sipontinus antistes post lauretium. quem uelut homericum illum achillem semper excipiendum duxi: omnium quos diximus latinæ elegantiæ longe studiosissimus merito habetur. Nihil ipsius polibyo candidius: nihil minus elaboratum: quum elaboratissima alioquin omnia appareant. Quid igitur epistolis quam illius nomine circumferuntur grauius: nollem eum in apta conuitia & similitates indignissimas persona quam sustinebat tam aperte descuisse: ars grammatica quam in comœdia usum edidit: (Quod paucis eius generis scriptoribus solet accidere) Vulgo ut uideo probatur sunt qui commentarios eius quos cornu copiae inscripserit: se uidisse dicant rem ad huc indigestam: sed quæ plurimum alioquin habeat eruditionis. porcellii poetæ elegiæ & ipse amorum indices nisi materia laudi obstaret omnino plus gratiæ erant hituræ: sunt quoque heroicum carmen & epigrammata se uidisse dicant lepore in eo probantur cuncti: eruditionem: & grauitatem adimunt. Quæ duo mario quoque philephil filio defuisse: quum cætera illius scripta: tum eius bucolicum carmen manifeste declarat fuit alioquin prompto ingenio: memoriaque tenacissima. Quippe quæ uestigio stans uno ceterum ordine dictatibus confestim cuique suam: eo quo acceperat ordine: complexam carmine redderet materiam: fuit ad hæc rotato sermone: ut pote graui sanguinis matre natus chrysolore filia: plura fronte polliceri quam recessu præstaret: Vix ex eo quicquam docto homine dignum uideri potest profectum: omnia præcipitata poti-

usquam ædita: Cultior accuratiorque omnibus leonicenus quam quæ poeta ille: hic rhetor: at si utriusque scripta conferas: compositius huc soluta: quam illum: frenata procedere oratione dixeris. Bernardum iustinianum patricium uestrum qui illius orationes uidere: uerborum pondus & sententias mirati: iter recertium oratorum principes reponendum autumant. Eius libri de origine urbis huius non dum in lucem uenere: sed ut in summa sint expectatione ea qua nouimus faciunt. Dixi nolle me uenatorum ingenia cedere: ne ambitiose uidear id facere sed nescio quoniam modo undique illorum uirtutes sese nobis ingerunt quæ si omnino declinare tam me hercule accusandus essem quam ille quoque nobilissimam aliquam imaginem gaudeat procul spectare: intentiusque miretur longius uisenda: eadem uero oculis admota non aduertat: Nam ut de aliis sileam: quis est tam stupidi ingenii aut ab humanarum litterarum studiis tam alienus: quam in petro barotio patauino antistite: eodemque ueneto: utrumque dicendi genus non suspiciat & miretur idicui quandoque in eius carmen nihil grauius uidi unquam nihil magis piū magisque religioni accomodatū: cupio uehementer uidere opus ab eo de optimo genere moriendi nuprime absolutum: in quo audio omnia diuinæ quodammodo ab eo disposita: sed ad externos redeo offertque se mihi ultro theodorus gaza de quo propemodum dici potest: quod & appollonius ille de cicerone olim dixisse fertur: ademptam ab illo graecis eloquentiæ laudem: nunc contra graui sanguis hominem latinis ademisse: nihil eo uiro cultius: nihil castius: nec uereor ne ambitio id a nobis dictum uideri possit fuit ille graecus (ut dixi) uerum quum eius theophrastum lego: quem dico latinum fecit aut aristotelis libros: qui de animalium natura inscribuntur admirari non desino ac dubitare: utrum incredibilem illam uerborum proprietatem: nostri a graecis acceperint: an ille a nostris potius: Grandem nouaque præterea laudem consecuti mihi uidentur: & si in alienis

rebus interpretandis: studiis tamē grauioribus. Marsilius feci-
mus florētiæ qui oīa platonis opa in latinum uertit: & hermola-
us hic uidet q̄ temistium & aristotelis opa latinis adiecit: præsti-
terunt meo iudicio quod post iclinatā eloquētiā nemo: ostende-
runtq; hi nō rem: sed eos qui eiusmodi opera antea in latinum
uertere: in causa fuisse quod q̄ ad nostram usq; ætatem philoso-
phati sunt parum romanæ sint locuti: sed hic noster (nec amor
me fallit) maiorē elegantiaē obseruator: q̄q̄ in illo quoq; nihil sit:
quod uel delicatissimū offēdere possit lector. Quid quod & di-
uinæ h̄ræ. in dies ne uideo magis excogit̄ qd. n. in hoc præclaro
studiorū successu mirādulam p̄ici hepaplo uidimus aut cultius
aut elegātius nemo meo iudicio post lactantiū & hieronymum
melius i eo scribēdi genere latinam custodiuit elegātiā trāseo
altissimā eruditionē quæ p̄spiciuæ demōstrare uera esse quæ ad
nos de eius studiū acrimoniā iam pridē phama deferunt: cōtigis-
se illi adhuc unum quod & reiectiorū nemini ut græca & caldea
studia: romanis iunxerit: subiiciā adhuc aliquos quorū scripta
iā pridē legunt̄ occurrūtq; i primis pōponius sabellici nri præce-
ptor: & platina: uterq; (ni fallor) laurētii uallēsis auditor: pōponii
pauca oīno extāt: sed illa ipsa accuratissime cōscripta: nouimus
quæ de legibus sacerdotiū & magistratibus ad. M. p̄athagatū
scripsit: q̄q̄ & de arte grāmatica edidit præcepta: oīa mira uetu-
state redolētia: arguūtq; plane hoīs studiū qd̄ i recognoscēda ue-
tustate præcipue fuit occupatū. platinae historia & quæ de hone-
sta uoluptate scripsit: omnibus nota sunt: extat & elegantiarum
libellus qui eius noīe circumfertur: Est & ipse uetustatis amator
egregius: sed adhuc plus gratiaē habiturus si quædam in usum
non recepisset: aliquid certe mihi in eodem genere laudis meriti
uidentur. Io. calaber Cui est simonetae cognomen: & Donatus

Atioalus florētie natus: hic præter plutarchi quedā in latinū uer-
sa gestorum caroli qui italiam longobardicis: armis diutissime
præssam barbaris uictis in antiquam libertatē restituit breuis au-
tor: francisci sfortia prolixior ille: hic q̄tuscuq; est: suus est non
alterius: cultior ille: sed qui philephilima sit nō nihil ut creditur
adiutus Exciderat mihi cāpanus antistes: quē siue elegantia siue
dicendi acumen: regras siue cādorem potius: aut uenustatē: recti-
us uetustis scriptoribus: q̄ recentibus annumeres: Nec galeotus
narinensis: nihil præstitis: & si quæ scripserat omnino stare cōi-
gisset: Extāt tamē adhuc aliqua: ut de hoīe opusculū: & alia quæ-
dam parum nota: in quibus uideo nō nullos uerborum proprie-
tatem desiderare. Carera neq; insulsa neq; parum perspicua di-
xeris. Angeli sabinii turrensis belgicum carmē non legimus: sed
quia in pontificis bibliotheca repositum aiunt: cogimur non dū
uisum probare: & si nō desunt qui se legisse dicant: damnentq;
aperte opus ut parum elaboratum: maior in cōmentando aucto-
ritas. Nec corolanus capicus parū uno est libro nutritus quo ille
.p. mocenici qui postea princeps fuit gesta est complexus uirum
ex dalmatica illa ora eam dicendi facultatem hac quisq; tempe-
state expectasset: redundat breuius illa historia multis quidem
ciuitatibus & quod me potissimum dolētauit nihil est quod in il-
lius elocutione requiras: nec est aut ad palladium nigrum p̄ quē
proximis annis romane habere in ea terraste in antiquū sunt sta-
tum restitute eius studia referras: est. n. cereolanus iam grandis
naria quippe quem diu ante illius in dalmatiam accessit profo-
casse oportet in pontani uiri clarissimi carmen nunquā incidi:
sed multum ei ab omnibus tribuni uideo in eo genere: estq; i hi-
storia (ut audio) nihilo minor quam rumor est elegantiaē pridē
stilo texere: retiti strotii poemata præter phamā ipsa pontificis bi-

bibliotheca in quā reponi metuerunt præcipue cōmendat. cōiēcimus quādoq; in eam lectionem oculos placuitq; maxime elegia nihilo his inferior ac nescio an maior ēt habendus: Hæmylianus cimbricus: cuius elegiæ & epigrammata sparsim legunt: multus in eo uiro lepor sed maior adhuc grauitas: probat a multis q; carmen uiderunt eius asteris: sic. n. audio ab eo rhodiacum bellū i scribi: pariq; laude extollūt enconniasticō ex eadē officina nup ad fœdericum iperatore deprōptū: Baptistæ mantuani uiri carmelitana religione carmen: nequeo satis admirari ob incredibiles uirtutes: scripsit ad hūc diem nō pauca: & de uita uirginis: de oratoris & poetæ laudibus: de contemptu mortis: quod si ex iis quæ ad nos delata sunt: licet de hois ingenio in uniuersum iudicare: quem illi in hoc genere dicēdi præferas hodie habemus ferme neminem: multū ingenii & in .M. octauio phanēsi: multum in forliniesi fausto: uerū uterq; amorū cantator: & ob id minus q̄ ille de quo loquor celebrandi: quid cosmicus. nunqd sine piculo illius musa præteriri pōt silentio: quā tota iam italia mirat: sed quia ex illa officina nihil depromptū uidi ne qd temere dicam: alii uerius de eo ferēt testimoniū nō magis de eo dicā q̄ de calimacho qui adest: ne in grām uidear aliquid hīc fari audio tamen elegias quas secum ex sarmatia attulit a plerisq; incredibili fauore exceptas: & cū his atilæ uitā ab eo nup æditam progymnasium credo id fuisse calimache: eius historiæ quā te iam pridē aīo meditari audio: subiiciet his aliqd haud īmerito. Io. torteliū aretinū: & iouinianū parthenopeum: iuuerūt illi īdustria uterq; sua nec multū inter se diuersa uerborū utriusq; linguæ copiam scio præter hos eē adhuc q̄ plurimos īgenio & doctrina illustres q; alia atq; alia ad dicendū uia ingressi: nomē aliquod & phamā ex suo labore & īdustria tulere: sed quia idcirco ad hanc narratōnē accessimus: ut per quos potissimū latina lingua nobis restitū

ta sit exponeremus: hi mihi digni uisi sunt q̄bus ob uariam operam ipsi rei nauatā quicquid hoc est p̄ quod romanus sermo suum ueterē splendorē recāpit: acceptū referremus. præterii scier. s multos q; diuersa oīno meditatiōe ad hoc ipsum efficiēdum uisi non minus (Vt arbitror) ac nescio an ēt plus aliquid q̄ illi quorū mētionem feci: latinis studiis profuisse uideri possūt: uerum quæ illorum quasi glossæmata quædā poetarum carminibus cohærent: a quorū lectione ob ætatem iam ingrauescētem: cōsulto abstineo nō habeo quid de his dicere possim. sed adsunt hic pleriq; q; id comodissime præstabūt: uel duo in primis q; si forte abessent ob iudiciū. excellētēq; in his studiis doctrinā: potissimum ad id munus requirēdi essēt. Ab illis igitur quæ adhuc de romanæ linguæ reparatione dicēda restant quæritæ. nā quid a me īca materia amplius expectare possitis est certe nihil. accuratissimā prunuli disertationē īcredibilis ē assēsus secutus laudare oēs ī illo īmo mirari potius nō minus tot uariarū rerū memoriā q̄ cōstās & acre iudiciū. sed quū dicēdi finē fecisset deiecitq; omnes in baptistam guarrini filium oculos nemo nō erat q; nō aperte intelligeret aut eum unū prouinciam illam aditurum aut alium ex his qui aderant neminē. tū prunulus iterum orsus ego inquit baptista uir clarissime nō magis oedipus sum quam terentianus ille dauus uerū ab initio diuinare libuit fore ut nos duo hanc feruidam coenaremus ollam quādoq; dem ad primā rei mētionem oēs in nos ambos (ut græci olim) achille & aliis ducibus ad troiam cessantibus ī duos aiaces oculos defixissent. at quæ nostrū qd in multis eēt iudiciū audiuerē nō ē dubiū qn iā & tuum in his quæ restant cupidissime expectēt. tu uero quādo (nō illis mō) q; id tantopere cupiūt audire. sed rem mihi quoq; facturū sis gratissimā. si quæ de nouo hoc scribēdi genere ad qd multi nra

tempestate omne suum studium adiecere sentias ordine diserue-
ri: Da operā quæso ne tot eruditorū hoīum expectationem fru-
stratus uideare: nec est cur aliqd pares excusare: quum ne morā
quidē in te ullam (Vt uideo) sint laturi: assentiētibus cunctis hor-
tantibusq; ne grauate id prestaret: Tum ille prunulū familiari-
ter respiciens: Effecisti inq; hodie uir doctissime: qđ ne iniquus
qđdem fecisset lanista: ut prius oplomachū in harenam cōpuleris
quā ad pugnā satis idoneū cognoueris: Oportuit (credo) prius
quærere: an is oīno essem qui rectum de tot uiris illustribus iudi-
cium ferre possem: quā nobis tam graue onus iponeret sed qua-
si oia adessent prouinciam non dū etiam decretam me obire uo-
luisti satis quidē amice sed iperiose nimis: uerū idcirco credo ga-
tutius sit peregrinū hoīem: quā ciuē ad officium minime uolun-
tarium cōpellere: sed memineris nos in libera ciuitate esse: Vbi
æquo uiuitur iure posseq; ego quasi lege papia: ciuium numero
exclusus: istud ipsum munus detrectare: uerū quia nō te solum
sed quicumq; assunt ita uelle intelligo ne uestra magis causa uo-
luisse uidear quā nō potuisse. Dabo operā ut quā breuissime co-
gnoscatis quæ nostra sit de nouo horū iustituto snia qui diuersa
quædam (ut dicitis) scribendi rōne nouum quasi dogma indu-
xerunt.

Bap. guarrini disertatio.

Rimum itaq; oīum illud cognoscendū puto de quo in-
ter doctos quæri solere uideo fuerit ue ope prærium id
facere ut in ueteres poetas quod pleriq; præstitisse gloriant. cō-
mentarios ullos haberemus. Nec desunt qui id nō solum nō lau-
dent sed uituperent et maxime negentq; in tanta librorū copia
quantā paucis annis miranda hæc succinctaq; iprimendorū li-
brorum rō peperit curiosiore ulla cōmēratione studiosis hoībus

opus fuisse: quippe qđ pte oia: si paululū adniti uoluissent: rectius
explorassēt. unde eo maior esset profectus secutus quo maiore
fide et studio ueterum monumenta euoluere solem quā recen-
tiorum: est præterea quis non uidet longe purior: & ob id forte
suauior gustu: aqua ex uinis fontibus. qđ riuulis hausta adiiciunt
et illud tardiora fieri ingenia ea lectione: quū nihil per se interi-
curent inuestigare nihil cōmisci: nihil deniq; libero ingenio di-
gnum moliri: credi ad hæc seruile quidam alienis semper præ-
ceptis parere nihil nisi quæ prius monstrata sint aggredi: audere
esseq; ob id nulli qui maiorem animo profectū conceperit eius
modi cōmentarios attingendos oriri insuper adolescentibus in-
de ac pueris maiorem oīo cladem. quod multi cōmentariorum
fiducia freti sine litteris. sine iudicio: ad litterariam professionē
temere decurrunt. tum uero perdita quadā audacia poetas ipsos
eorumq; interpretes. quos utiq; non intelligunt: inuertentes: de-
prauantes omnia confundunt et enim quū aliquid scire uideri
uolunt nemini parcunt ne illis quidem per quos proficere debe-
rēt: iuūq; miseros adolescentes multi iēptis et qđ oīum pessi-
mum est cogunt etiā falsis opinionibus (ut aliquid docuisse ui-
deantur assentire ac scriptores ipsos prius odisse q; per ætatem
possint intelligere hæc illi quibus si quis temere accedat haud
omnino uana afferri uidebuntur: sed res longe aliter habet: nā
& ab initio neq; ea quæ nunc fuit librorum copia: nec omnibus
in hac quoq; ubertate bibliothecæ sibi parandæ est concessa fa-
cultas: sed detur & hoc ipsum: non omnibus idem est animi ui-
gor. non eadem in conquirendis rebus industria in obseruan-
dis diligentia: mutandis iudicium quod nisi recentiorum indu-
stria hac quoq; parte fuisset p̄ditis rebus opitulata: in obscuro
ad huc essent illi per quos romanam linguam uindicari oportet.



tuū: satis. n. laterent: si a nullo aut a q̄ paucissimis intelligerētur: quod uero multos aiunt ob eā rem supra q̄ prestare possint audire: utinā eo semper statu res humanæ fuissent ut non plures reperi essent qui uideri malēt q̄ esse docti: fuit itaq; pernecessariū romanas litteras hac quoq; ratione suscitari: frustra. n. ueteres scriptores postliminio receptos uidissemus: nisi & ciuitatis iura recepisset: quod sine eius modi patrociniō aut nūq; aut sero contigisset. uerū quū multi sint q̄bus hoc nomine debere uelimus: cui plus oporteat quā domitio ueronensi municipi nro haud facile reperio quippe cui quēadmodū prunulus modo laurētiā studiis emēdatissimā hāc loquēdi rationē: ita precipuā poetarū ueterumq; scriptorū enarrationē ascribere nō dubitabo: nā praterquā. quod multiplices & uarios edidit cōmētarios in ualeriū marcilanem papinii syluas: iuuenalē: sappho: propertiū. ibim iā & in silium italicum & in ciceronis ad atticum epistolas utpote iam paratos ut ipse in quadam testatur epistola edere maturabat: coeperat ad hęc paufaniam in latinū uertere: quū imatura ē morte preuentus: & quod omniū maxime nris studiis calamitosum fuit quartū obseruationū librū habebat in manibus quod opus eius iteritu interceptū: in occulto ad huc est: uidimus earū obseruationum quasdam illius scriptis quasi flosculos insperfas: quas ille ideo indice nobiles fecerat ut ī maiore suscepti operis expectationē studiosos erigeret. sed quo maior fuit expectatio illa: eo certe lugubrior frustratio desideriumq; defūcti maior. multum sane in eo homine amissimus. nihil erat tam arduū & difficile quod dese natura illa non spē polliceri posset: sed est certe nec fallor tacita quādā fatorū inuidia quā potiora semper ex humanis decerpat: periit ille admodum iuuenis: cui si longior uita contigisset: multo emendatiorem hodie latinam linguam haberemus: nec eo inficias habuisse eum ab initio quorū

uestigiis insisteret: nā quod ad ipsos in ualerium marcialē commentarios attinet: multū diuq; sipontinus antistes: et pomponius: qui omnium primus id opus romæ interpretatus dī in ea lectione ut audio lucubrarant dictarantq; nō pauca: cōscripserat & angelus sabinus quē ille fidē tinū appellat: aliquot ānos ante in iuuenalē quæstiōes quasdā accuratissimas. sed hic noster ut natura erat facili promptoq; ad cōminiscendū ingenio: nō solū quæ ex illis accepisse uideri potuit est executus: uerū per se multa etiā addidit: atq; ea ipsa cognitu utilissima: nec me fugit esse omnino aliqua ī eius scriptis quæ præcipitata potius uideri possint quā edita sed simultas & emulatio duo aures stimuli est illū ad eorū q̄ scribebantur immaturam copularunt editionem fuerūt prater hos & alii multi q̄ ī iuuenalis satyras scripserūt quorum omniū uidetur mihi præcipua memoria dignus: georgius merula alexandrinus: qd̄ ex eius scriptis facile colligi potest rerū obseruator diligentissimus. nihil ex illa eruitur officina. quod non idem sit & maxime laboratum: iureq; nō minus diligentia in homine laudes quā naturā: extant & alia eius monumēta obseruationes quādā: epistolæ nec adeo multæ: quæ eodē quo dixi nomine ualde: probantur. sed nos hęc oīa melius docuit ille diu publice in hac urbe nūc cōstans phama est animū ad historiam adiecisse. in cuius uidendæ expectationē iam multos frequentia litterarū ad amicos erexit: age uero num et paulus piscinēsis cognomēto marsus. parū præstitisse uidet: q̄ tā significanter oēs romāos ritus ī fastorū enarratiōe explicauit qd̄ ī poetices apparatus dici pōt qd̄ ille legētū oculis nō subiecerit. ut assim pene: affirmare: plus illius lectionē q̄ nasonis cuius se irerpretē exhibuit ad eruditionē cōferre. mira ī hoīe dicēdi facultas: atq; eo maiore admiratiōe digna: quo natura illa ad carnē multo q̄ ad pedestrē

orationem fuit promptior: nullus nostra tēpestate extēporalior
poeta. illius carmē ē fastis insertū. ex eo datur intelligi quātus in
poetica futurus fuisset se si tēporare uoluisset ingenio: prestitit
itaq; is in cōmunē usum oīo aliqd: sed multo plura eius, cōterra
neus petrus marsus cesensis: is nō ad poetas solū explicādos: sed
adoratores quoq; & philosophos studiū adiecit extāt eius ī siliū
italicū cōmētariū multa eruditiōe refertū: sed lōge utiliora quæ
in ciceronis opera cōscripsit: eloquēs ut pōponii auditore agno-
scas: & qd plus ē propemodū philosophus: sed quātuscunq; in
philosophia ē: eū argiropoli cōuberniū efficit. acutior in poetis
explicandis cultiorq; meo iudicio. antonius uolscus et ipse pom-
ponii auditor: diligens in nasonis heroidibus: sed ī propertio di-
ligentior: pari pene laude nominandi sunt cillenius & partheni-
us ueronēsis catulli hic ille tibulli interpret: sed alter ciuica ut sic
dicam corona pene dignus. qui ciuem seruarit suū: seruauit. n.
quam multis nodis uictum soluerat: sunt qui philippum bero-
aldum bononiensem & ipsum in propertium commentarios
elegantissime conscriptos aut iam edidisse dicant: aut nō multo
post etiā editurum sed de his quæ non dum uidimus. quid dicā
nihil habeo: nec excidit mihi florētiae academiæ decus maximū
christophorus laudinus: cuius dicendi copia uulgo (ut uideo)
probatur. accusatur tamē in quibusdā ut parum diligens tāquā
plane cōstet ea illud nō præstare: quæ aut in curia: aut consulto
præterit: uelles ad hæc beatissimam illam dicēdi facultatem ad
maiores usum comparatam: quā ut imperitæ multitudini ser-
uire uoluisset. T. liuium et pliniū duo latinæ linguæ lumina: nō
sine piaculi suspitione omnibus uulgauit: sed tantū abest ut sit
in altero id quod maxime optabat consecutus: ut nemo ob-
scure prese ferat duriores esse plinium iam tuscum factum q̄

antea romanus fuisset: patauium uidebit quo animo sit laturū
ut patauinitas illa quam pollio in liuio deprehenderat: quātum
in eo uiro fuerit uix extet amplius: nos ueronenses nam non du-
bitamus eū uirū nobis uendicare: nihil ad huc in eo amisimus:
sed habuit fortassis ille patrii sermonis rationē: quē longe lateq;
propagatū iri eo modo putauit. recte qdem nam multa & ma-
gna patriæ debemus sed meo iudicio rectus se patriā: omneque
tuscū nomē proprio labore: & industria nobilitate potuisset po-
tuisset quidē: nā nihil est ea natura uberius: nihil ad omnes elo-
quētiae partes tractandas aptius: fontius et ipse non parū in per-
sio meruit: sed illius orationes maiore quodā fauore excipiunt
statii achilem franciscus maturantius tractabiliore reddidit papi-
niana illa duritate candido sermōe emolita: sed ī uerrinis actio-
nibus explicandis maiore utiliorēq; se prestitit: quāquā materiā
diligētius quā artē tractauerit uelles et poetice uacasse: nihil eius
inusa cultius. at ubertinus ille crescētinas qui familiares cicerō-
nis epistolas diligenti enarratione familiarissimas reddidit: nō
minus meo iudicio mereret quā q̄ pēgre profecturis uaticum
officiose cōparet: nulla lectio est in qua teneriora ingenia facili-
us coalescant. sed multo prius in eo opere ignoratione rerū subo-
scura: multæ dicendi uirtutes parum intellectæ quæ res in causa
fuit ut qui omnia altius scrutari solent diu non temere eā lectio-
nem adierint at nunc cōmunis facta. et in qua adolofcentes ue-
lut in primo studiorū limine paulisper immorari mirū imodū
proficiant: at hercle oliuerius a gerianus quāquā omniboni leo-
niceni cōmentariis adiutus multa in ualerium maximū eaq; ele-
ganter est commentus: sed neuter omnia uidit. io. britānicus bri-
xiensis & ipse in achilē papinii & ī persiam cōmētarios elegan-
tissime cōscriptos edidit ī nō dicit magis quā de antonii phanē-

sis i sex fastorū libros enarratione quā i sūma expectatione esse audio & si poeta hic idem optimus spigramatūq; & elegiarum scriptor elegantissimus sunt ad huc nō pauci quos de industria in hunc locū distuli: nō quia iis quorū meminimus sint aut ingenio: aut eruditione inferiores: quin potius tales ut i alterutro ordine reponas honestissimū sibi locū uendicent: occurrūtq; primo ex tribus celeberrimis italiae gymnasis. tres uiri clarissimi quos tanquā hominū flores nō erit absurdū extra ordinē nominare: et ut ab roma incipiam ubi latinae litterae & nate sūt & coaeruerunt: sulphitius uerulanus quē grandē mihi ab initio phama obtulit: sed maior omnino uisus ubi illius artē perlegi ita eruditae omnia ac tā grauitate disposita ut adempto indice nihil in toto opere eē dicas quod in nostra tēpora reuicere possis: sed ex aliqua potius ueterum officina depromptū quid eius carmē quid alia studiorum monumēta. quae eius modi carter sunt: ut nihil in illis desyderes nihil adimere possis talem profecto ac nescio an maiore ēt florētia nūc habet quā politianū studiosi appellāt sitis credo q; sit de quo loquor clarus laurētii medicei contubernio ingenio tamen & doctrina clarior: multi quidem uiri mecū antea de eo sermonem habuerunt: constantiq; praedicatione effecerunt: ut prius quā hominem uidissem uehementer amarem uerum ubi eius sylue ad me sūt delatae praedicare nō dedisti tulisse tandē nostra secula uiros hedera ut (saryrus ait) dignos & imagine macra & n. si uirtutes eius carminis attendas non est nisi me opinio fallit) quē ex iis qui hodie illustres habentur illi praeferre possis. qd eius miscellania an ē illis quicq; limacius exquisitius plane ea lucubratiō demonstrat q̄tum uir ille & graece & latine profecerit q̄ acri in recognoscenda uetustate sit iudicio genue & patauū ruerus: qd calphurnio brisiēsi copiosius qd ne erudi

tius an eius carmē mediocri uideat uobis laude dignū frāciscus niger aqua est laude pensandus: ac nescio an ppea quae scripsit etiam maiori: difficile ē iudicare maior ne orator sit an poeta qd si ingenit rō habendo est quē horū cornelio. uitelio praeferre possis nō facile pspicio una uel briui meditatione qua in georgeum merulā est iuectus haud dubie ostendit qd ab eo expectari possit mō uelit stomacho sequunt pleriq; alii. Ioannes ariminēsis cipicus coriolāi filius duo cymthis aconitanus hic ille cenotēsis iosephus uicētinus. Palladius niger. Io. marosticanus cātalicus lepidas preruis & alii multi qui i cōem usum assidue aliqd cudūt Sed eos quia uereor ne noster hic sermo nimis longus uideatur cōsulito praetereo q̄q; multi etiam eorū quos in ordinem redigi: nihil ad hūc diem edidere: aut quia ocium illis defuit: aut qd sua praecipitare noluerunt. Expectāda tamen a tāta indole ardua & sublimia: sunt & qui uulgo legunt: quos cōsulito prunulum suppressisse: suspicari libet: sed de his ille dicere uoluit qd aliqd autē praecipiendo: aut eleganter tradēdo: latinū sermonē locupletiore emēdationeq; reddidere: qd tātum abest: ut qdā quorū scripta legunt effecerint ut nullius rei nisi sint minore habuisse: quā proprietatis & elegātie rōnē: fuisse etq; ob id satius: aut nihil eos scribere: aut ea quā tradēda erāt uernaculo edere sermone: nā quū multa hēant illorū scripta cognitiōe digna: nō pauci ad ea temere cognoscēda accurrūt. acciditq; illis. qd & pueris a mīe deceptis qd quū aridā ficū ab ea oblatā cupidissimae uorarūt: Coeperūt qd antidotū in ea iclusum sērire: oderūt illā atq; irati fatagūt simul oīa reddere: haud multū dissimili euētu. qd in illorū res incidūt: sint mō bonarū līrarū studiosi: nō possunt nō subirati ab ea lectiōe abscedere quasi doleant ita cōparatū: ut in ea sine picuio uersari nō possint: Est aliogn (q; nescit) illorū idustria nō parū

probāda: sūtq; & ipsi digni q; tā bonā segetē: melius colere didi-
cisset. hi sūt igit' (nā de reliqs q; ad nīm non faciāt institutū nihil
attinet dicere) q; romanā linguā mille circiter & amplius annos
īdigno pressā seruitio: in antiquā libertatē uindictarūt: oīq; har-
barica sorde profus sublata: suū roma cæteraq; italia recepit ser-
monē: Digni quorū noīa nullā sentiāt obliuionis iniuriā: Et. n.
romanā linguā multi cōdidere: multaq; hoīum ætates illius cœ-
perunt incrementa: nunc pauci admodum paucioribus annis eā
restituere: Satius pene fuisset nunquā ex græcia litteras ad nos
de-latas: nunquā īstoricos: poetas: oratores habuisse. si tot claris
īgeniis: tot facundis laboribus iniuria tēporū carituri fueramus
minus. n. desiderāt ea quorū usus ad sēsū nō puenit. Multæ gē-
tes litteras nō norunt: atq; ob id ne desiderant qdē. At terra ita-
lia quæ id diuinum munus non solum senserat. Sed aliis etiam
gentibus ingenti gloria nominis dederat. Cui nihil ex tanto ipe-
rio quantum olim habuerat nihil præter litterarum decus reli-
quū fortuna fecerat qua maiore clade affici potuisset aut ī quē
maiolem luctum incidere aut magis perpetuum quam si hoc
quocq; cultu & uera laude fuisset demum spoliata. Sed iam exu-
ta erat nisi paucorum opera res id integrum esset restituta. De-
bebit itaq; illis omnis posteritas laudabunt foelicissimos labores
Memoriā æternitati cōsecrabunt. Nam si clarissimæ quædā ci-
uitates ac populi statuas. Tumulos. Trophæa aliosq; æternos ho-
nores decreuere is q; aut de libtate aut de finibus fortiter dimicā-
do pro pñia occubuerūt. quāto hōestius æquus quæ iis debēt præ-
mia q; amplissimū decus tot urbibus tot populi: tot gētibus resti-
tuere. sed q; post nos erūt: uidebūt qd illis præstare uelit. nos cer-
te q; hæc uidimus q; alterutrā rei fortunā pene expti sumus nisi

ngrati esse uolumus: sūma ope niti oportet ut de cōibus studiis
tam bene meritos qui ex humanis decessere pia memoria: uiuos
omni officio humanitatis profecuti uideamur hæc guarini filius
q; cum finem fecisset: cunctis eius sermonem probātib;: cœtus
ille ornatissimus solutus est. **HABETIS** iam reor hospites cha-
rissimi: quæ de latinæ linguæ instauratione tāto opere audire op-
tabatis. Quæ oīa eo uobis certiora uideri debēt: quo maiore sūt
auctoritate & iudicio præditi illi a qbus hæc accepimus: & a plu-
ribus doctis tum quocq; laudata: uerum illa ipsa: qualia sint: quū
per ocium licebit melius uos ipsi pensitabitis. **Finis.**

.τελοσ.



M. Ant. Sabellicus. Ant. moreto: brixienti Sal.

Librum de latinæ linguæ reparatatione: quem toties efflagitasti
mihi tandem morete uir humanissimæ næc aliud fuit in mora:
q̄ consilium: sciebam ego in celebri emporio homini negocio-
so uix tantum oculi dari ut tris de situ urbis libros: unumq; de
prætoris officio: quos tibi cognoscendos tradidi tam breui p̄ le-
geres: sed tu contentus credo illorum indicibus ut es in eos qui
sacra colunt litterarum egregie officiosus ad hanc anhelabas le-
ctiōnem quæ illustrium uirorum laudem contineret uerum me-
minisse oportet hos iter se libros cognatos esse: ac tua opera ue-
lut in plumes pullos ex eodem nido deuolasse: quare magnope-
re abs te peto: ne patiaris illis quod & egypti filiis euenire sed aut
per te rogo uiuant oēs: aut nox una opprimat.

.Vale.



Hoc in uolumine hæc continentur.

.M. Ant. Sabellici de situ urbis uenetæ ad Hieronymum donatum libri tres.

.M. Ant. Sabellici de prætoris officio ad antonium cornarium philosophum liber. unus.

.M. Ant. Sabellici de latine linguæ reparatione: seu de uiris illustribus. Ad. M. Antonium maurocenum equitem liber unus.

